MASTER
NEGATIVE
NO. 92-80531-5

MICROFILMED 1992

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES/NEW YORK

as part of the
"Foundations of Western Civilization Preservation Project"

Funded by the
NATIONAL ENDOWMENT FOR THE HUMANITIES

Reproductions may not be made without permission from
Columbia University Library

AUTHOR:

HERWERDEN, HENRICUS VAN

TITLE:

STUDIA THUCYDIDEA

PLACE:

TRAIECTI AD RHENUM

DATE:

1869

Master Negative #

92-80531-5

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

88T43
EH4

Herwerden, Henricus van, 1831-1901.
Studia Thucydidea, scripsit Henricus van Herwerden ... Accedunt Analecta scenica. Traiecti ad Rhenum, apud J.L. Beijers, 1869.
viii, 164 p. 22½ cm.

145279

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35mm REDUCTION RATIO: 11x
IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB
DATE FILMED: 4/1/92 INITIALS CR
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT




AIIM

Association for Information and Image Management
1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910
301/587-8202

Centimeter

Inches






MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.

Columbia University
in the City of New York

LIBRARY

MORTIMER - LAMSON - LAIRE

STUDIA THUCYDIDEA

SCRIPSIT

HENRICUS VAN HERWERDEN,
Litt. Prof. in Academia Rheno-Traiectina.

ACCEDUNT

ANALECTA SCENICA.

TRAIECTI AD RHENUM.
APUD J. L. BEIJERS.
1869.

88T43
E H4

Ex officina typographica G. A. VAN HOFTEN, Rheno-Traiectina.

M 29 Oct 08

PRAEFATIO.

Continentur hoc libello, candide lector, ea quae per aliquot annos legenti et relegenti scriptorem difficillimum e diligenti observatione eius in scribendo proprietatis eque locorum impeditiorum, adhibitis optimorum interpretum et criticorum scriptis, assidua meditatione sensim mihi subnata est annotatiuncularum farrago, quatenus eae non prorsus indignae videbantur, quas cum viris eruditis communicarem. Quas autem asteriscis inclusi, eas tum ex Exercitationibus Criticis (*a.* 1862) *tum ex* Criticis Analectis (*a.* 1868) *scito esse repetitas.*

Semper erat in votis, ut mihi daretur gravissimum auctorem (quem quo plus ei studii operaeque impendo eo magis mihi persuadeo aliquanto peius quam vulgo creditur habitum esse a librariis atque magistellis) sic edere, ut κτῆμα *illud* ἐς ἀεί *propius accederet ad eam praestantiam, qua* ἀκέραιον *olim profectum est ab immortali scriptore rerum. Quod votum tamen an unquam solvam incertum est tum ob adversam, quacum saepe conflictor, valetudinem tum ob ingentes, meas forte vires superantes, eius negotii difficultates. Sed sive edendi munus alii cedam, sive ipse*

422318

hoc onus subibo, meas qualescumque de plurimis locis Thucydideis opiniones publici iuris facere non abs re fore putavi, ut aut alienis laboribus inservirem, aut ipse, antequam manum operi admoverem, discerem, quasnam ex meis suspicionibus idoneis probaverim iudicibus, quas contra bonis argumentis falsas esse improbabilesve evicerint. Non enim tantum mihi arrogo, ut non saepissime in difficili et lubrico si quod aliud in hoc praesertim scriptore negotio graviter me lapsum esse augurer, vel potius, si reputo mecum quid viris mea laude longe maioribus in hoc coniectandi negotio haud raro acciderit, sciam ac noverim. Nec sane mirum! Πρόσεστι γάρ, mea enim facio, paucis mutatis, verba Socratis Platonici, ἡμῖν τοῖς κριτικοῖς ἐνιότε μὲν εἴδωλα τίκτειν, ἔστιν ὅτε δὲ ἀληθινά. τοῦτο δὲ μὴ ῥᾴδιον εἶναι διαγνῶναι. Nempe non abhorret ab ipsa rei natura, ut propter prolis suae amorem οἱ γεννητικοί saepe deficiant ἐν τῷ βασανίζειν τὰ τεχθέντα. Idcirco ea pars τῆς μαιευτικῆς, quae βασανιστική audit, optime mandabitur iis, qui naturali illo affectu non impediti aliena βρέφη diiudicent utrum εἴδωλα sint καὶ ψεύδη an γόνιμά τε καὶ ἀληθῆ. Et hoc certe e Socratica disciplina profeci, ut quam sim et ipse εὐεπίφορος ad ἀνεμιαίους meos foetus amplexandos pro veris ἐγνώκω ἐμαυτόν. Habemus, inquit, confitentem reum. Ita est, sed, ut est sui cognitio sui corrigendi et principium et fons, ita videbis me in Addendis et corrigendis *σφάλματα quaedam mea agnoscere, ubi simul id egi, ut quae imprudenti exciderint novis iisque, ut spero, melioribus ad alios locos observationibus redemisse lectori viderer. In ceteris si quid forte commisi, hucusque τυφλώττω, speroque fore, ut qui ipsi cernant acutum obtusae meae aciei comiter subveniant* sine ira et studio. *Quod moneo ob iniquiorem sententiam quam nuperrime, quacunque tandem de causa*

mihi popularibusque meis infensus, vir doctus quidam Anonymus de Analectis *meis* Criticis *tulit in Leutschii diario, Philologischer Anzeiger, I p. 9 sqq.*

Quam crisin aliquanto perfidius quam peritius conscriptam — tum enim verborum meorum sensum hic illic prudens sciensque detorsit, tum mea refellens in ioculares quosdam errores ipse sese implicuit [1]) *— refutare igitur eius censurae majorem certe partem non foret admodum difficile, sed studiis hisce melius consulturum me puto, si pauca referam de codice quodam antiquissimo Thucydideo, qui nondum usurpatus ab editoribus servatur Londini in Musaeo Britannico. Is liber (signatus* N°. 11, 727) *est membranaceus in quarto continens folia* 249, *quae singula habent versus* 27. *In his pauca sunt postmodo pro antiquis, quae exciderant, suppleta et perscripta manu satis recenti. Reliqua vetustissima sunt: exarata, quantum ex scriptura colligere potui, seculo X^mo vergente ad finem, seculi certe XI^mi parte priore nequaquam recentiora, manu eadem, quae elegantissima est, omnia. Haud raro tamen, ubi vetus scriptura paene evanuerat, literarum ductus recentiore atramento sunt iterati, neque id semper sine erroribus factum esse animadverti. Scholia sunt in margine minutioribus literis scripta eadem, qua contextus, manu antiqua, an editis meliora aut locupletiora, deficiente tempore non inquisivi. Quot eorum legi pretii valde exigui esse habeo compertum. Librum octavum contuli cum Bekkeri editione stereotypa altera: ad cetera conferenda defuit mihi Londini per breve tempus degenti otium. In hoc certe libro nullas offendi rasuras aut correctiones, nisi quas, idque paucissimis locis,*

1) Imprimis ioculare est eius iudicium de sublimitate Thucydidea, quam ego otiosa expungens non agnoverim scilicet!

fecit eadem manus antiqua. Non magis habet glossas interlineares. Saepissime conspirat cum codd. A. E. F. Bekkeri, saepe cum aliis. Dolendum est codicem non esse tam bonum quam antiquum; pertinet tamen, etiamsi a scriba exaratus est valde indocto et stupido, ad meliores et vel ab aetatem dignus est qui integer conferatur. Non abs re fore putavi eas lectiones, quibus Bekkeri codd. carent, hac opportunitate communicare cum viris doctis. Utar in ea re Bekkeri quam dixi editione, et chartae ut parcam, solas apponam lectiones codicis.

P. 508, 4 *καὶ ἐξ αὐτοῦ*, 27 *ξύλα πορισαμένους*. *P.* 509, 9 *ὡς ἕκαστοι* (*P.* 512, 13 *obiter moneo vocabula κατὰ τὴν ξενίαν esse interpretis*). *P.* 513, 25 *αὐτῶν οὐδέν*. *P.* 515, 22 *ὅτι ληφθήσονται πλεύσαντες*, 23 *om. Χίους*, 25 *λέγων ἀσθένειαν*. *P.* 516, 3 *Λευκάδα*. *P.* 517, 15 *τὴν τῶν Χίων*, 20, 21 *ἅμα καὶ ὁ Κλαζομενίων καὶ ὁ Ἐρυθραίων παρῆνει*, 31 *ὁ Τάγης*. *P.* 520, 26 *om. Χίον — εἴκοσιν*. *P.* 521, 7 *Ἐρεσίων*, 13 *om. ἄρχονται — Χίαις* *P.* 522, 5 *Σιδούσης*, 11 *διαφθείραντες ἀνεχώρησαν καὶ ἐν Φάναις*. *P.* 523, 18 *καὶ ξυμμάχοις*. *P.* 524, 16 *Τειχιοῦσαν*. *P.* 525, 7 *om. ποι*, 26 *om. πάλιν*, 32 *λαβοντες ζῶντα*. *P.* 526, 22 *om. οὐ*, 33 *om. ἐβούλοντο — ἔχοντες* (527, 4). *P.* 527, 22 *Μαράθουσαν*. *P.* 528, 12 *ἃς supra lineam m.* 1, 27 *οἱ μέν*. *P.* 530, 2 *ὁμοίως*. *P.* 531, 29 *om. ἦν — Ἀστύοχον*. *P.* 533, 9 *ὥσπερ εἰς τεῖχος*. *Duo ultima vocabula recenti atramento: quid antiqua manus dederit non liquet. Idem valet de εἴκοσιν ἅμα pro εἴκοσι ναῦς vs.* 11 *et de ἁπάσας pro αὐτας vs.* 17. Ib. 33 *Ἁλικαρνασον*, 36 *om. ἑπτά*. *P.* 534, 4 *πλεύσαντες καὶ τροπαῖον ἐν τῇ Σύμῃ στησαντες ἀπῆλθον, λαβόντες δὲ κτέ.*, 7 *προσλαβοντες*, 22 *τὴν pro ἀν*. *P.* 535, 23 *om. καὶ post γάρ*. *P.* 536, 7 *λέγων*, 10 *om καὶ τοῖς σώμασι*, 21 *καὶ μελλήσει*. *P.* 539, 3 *ἔξειν*, 28 *om. καθόδου*. *P.* 540, 7 *αγγέλλει τε αυτοῖς*, 21 *τῆς Σάμου*, 24 *αυτὰ διαφθεῖραι*. *P.* 542, 20 *μη δείσας*. *P.* 543, 7 *ὡς Τισσαφέρνην*, 15 *ἤ*, *quod Palmer de conjectura inseruit, habet codex*, 25 *αἱρεῖ τε αὐτο*. *P.* 544, 19 *ουκέτι τί*, 25 *ποιησόμενος*. *P.* 545, 13 *χώραν* ξ *m.* 1 *τοῦ βασιλέως*, 16 *τοὺς δὲ Λακεδαιμονίους*. *P.* 546, 5 *ἄγων*. 10 *pro τῆς Εὐβοίας habet τοῖς Ἀθηναίοις*. *P.* 547, 3 *Θουρίοι — Συρακόσιοι*, 32 *ἔχειν ὑπόπτως*. *P.* 548, 5 *om. αὐτῶν*, 20 *ὧν pro αἷς*, 21 *om. τὰ*, 22 *ὁρμημένον δὲ ἐς*. *P.* 549, 11 *αυτούς*, 24 *μάλιστα καὶ τοῖς τε*. *P.* 550, 4 *ὅσον ἦν ἐτύγχανεν ὁ ἦν*, 7 *ουκ εἶχον αυτὸ ἐξευρεῖν*. *P.* 551, 20 *καὶ αυτος, ἐπειδὴ μετὰ*. *P.* 552, 16 *ἄπωθεν*, 18 *om. Αἰγινητῶν — οἰκησοντας*, 31 *ἐλθοντες*. *P.* 553, 14 *ουκ ἂν ἡσυχάζειν*, 25 *om. ἐγγύς*. *P.* 554, 11 *καὶ ἄλλα ἐπιστείλαντες*, 13 *δείσας μή*, 17 *τάδε*, 18 *ὁπερ*. *P.* 556, 1 *τεθνηξωσι*, 23 *καθεστᾶσι*, 26 *μέν τοὺς*, 27 *ὑπώπτευον*. *P.* 557, 2 *om. μεθεστάναι*, 3 *ἀναγκάσαι*, 6 *τὸ τῶν Ἀθηναίων*, 14 *ὥστε καὶ αυτοὶ καὶ δυνατωτεροι*, 29 *πόλιν*. *P.* 558, 8 *om. τε*, 20 *αυτάς*, 29 *πρὸς ἐπιπλεούσας*. *P.* 559, 15 *ἀθρόοις*. *P.* 560, 2 *τε καὶ ἀεὶ τῆς αὐτοῦ*, 8 *αυτος*, 19 *ταδε τά*, 21 *ην μη — πιστεύητε*, 26 *εἰ σῶς αυτος*. *P.* 561, 25 *τῶν ἄλλων ἀξιολόγων*. *P.* ἐς *m.* 1 562, 4 *θρασύτατοι*, 13 *ἐπιπεσόντες*. *P.* 563, 5 *στρατηγοῦντος*, 7 *om. ηδη*, 9 *προθοῖτο*, 12 *om. τοῦ*, 31 *πρῶτος*. *P.* 564, 13 *om. καὶ*, 19 *om. οὕτως*. *P.* 565, 5 *εἶναι*, 18 *Ἑλλήνων*, 22 *πέρι* (*sic*) *ἐπιφανές*. *P.* 566, 15 *καὶ οἱ δ'*, 17 *ἀπηγγελλον*, 29 *om. σπουδῇ πάνυ*, 30 *om. ἔπεμπον*, 31 *τῇ πόλει*, 32 *τοῦ ἀγαν ἐς ὀλίγους οἰκεῖν*. (*Cf. II* 37 § 1.) *P.* 567, 2 *ἰσωτέραν*, 8 *ῥᾷστα*. *P.* 568, 7 *τοῦ ἔσπλου*, 21 *om. τούτων*, 22 *καὶ ἐκ Λοκρῶν*, 24 *ἐπὶ τῆς Λακωνικῆς*, 30 *om. πάνυ*. *P.* 569, 5 *διαφθαρῆναι ωστε ἐβούλοντο καὶ*, 7 *om. τὰ*, 15 *προελθών*. *P.* 570, 5 *τῶν περιπόλων τινός*. 11 *εἶναι ἔφη*, 23 *ἐγγὺς pro ἔτι*. *P.* 571, 4 *om. τῶν — τείχισμα*, *pro quibus repetit*

ξυνδοκεῖν, 11 *om.* τι, 27 ἢ ἂν δοκῇ τοῖς πεντακισχιλίοις τοὺς, 32 παντὸς τοῦ. *P.* 572, 2 ἐν Διονυσίῳ η, 3 δὲ αἱ δύο, 4 ἀπὸ Μεγάρων, 5 ἀπὸ τοῦτο, 7 ὥστε *rec. alvam., sed m.* 1 *dedisse videtur* ὡς ἐς, 19 ὑπερβαλοῦσαι, 23 τε καὶ στασιαζούσης περὶ. *P.* 573, 18 ἐν Ἐρετρίᾳ, 23 *om.* τε. *P.* 575, 17 *om.* ἐθελοντηδόν. *P.* 576, 1 παραπέσοιτο, 14 ὡς *pro* ἐς, 20 εἴ ἄρα ἀποκινοῖντο, 25 Ἔρεσος, 33 προσελθόντας. *P.* 577, 2 Ἔρεσον, 4 Θράσυλος, 13 καὶ αἱ ἐκ των Χίων (Χίου *corr. m.* 1), 21 *om.* δειπνοποιοῦνται — παραπλεύσαντες. *P.* 578, 8 τὼ φιλίῳ φυλακῆς, *om.* επίπλῳ. *P.* 579, 1 *om.* μέν, 3 ὡς ἀπὸ, 9 ἕκαστα, 20 τὸ κυνὸς τὸ σῆμα, 27 απο τοῦ πλήθους, 30 ἐλάσσοσιν. *P.* 580, 2 ἠμύνοντο, 24 τοὺς ἐναντίους (30 *dubitari possit num vocabula* τὰ πράγματα *scripta sint a Thucydide*). *P.* 581, 6 *om.* καὶ. 19 *om.* καὶ, 31 ἀνέστησαν ἕνεκα. *P.* 528, 6 *om.* αυτοῦ, 16 τὰς διαβολὰς ἀπώσῃ καὶ περὶ — ἀπολογήσηται.

Liceat hanc praefationem terminare additamento ad ea, quae de ἐθάς *sive* ἠθάς *scripsi p.* 121. *Apud Demosthenem* κατ' Ἀνδροτίωνος § 37 *in optimo codice Parisiensi* Σ *legitur* ἠθάδων. *Superiorem literam Bekker recepit, inferiorem Baiter, aliquanto, ut mihi quidem videtur, rectius.*

Scribebam TRAJECTI AD RHENUM
Kalendis Maiis a. MDCCCLXIX.

CAPUT I.

LECTIONES THUCYDIDEAE.

IN LIBRO I.

Cap. 1 § 1—2 § 1 extr. ad voc. ἀπανίστανται laudat Dionysius de verborum compos. p. 163 praemissis hisce verbis: ἵνα δὲ καὶ περὶ των λοιπων εἰπεῖν ἐγγένηταί μοι χρόνος, Πινδάρου μὲν ἀλις ἐστω· Θουκυδίδου δὲ λαμβανέσθω λέξις η ἐκ τοῦ προοιμιου ἥδε. Quae verba eo consilio adscripsi, ut simul emendarem, non de coniectura, sed ex antiquissimo et optimo omnium quotquot in Italia repperi Dionysii (Rhetoricorum) codicum, qui fere sine exceptione sunt pessimi. Codex est Laurentianus membranaceus exaratus seculo XII, cuius descriptionem videas apud Bandinium in catalogo (Plut. LIX 15). Optime autem is liber omittit turpe interpretamentum, quod non nisi ab homine graecitatis ignarissimo addi potuit, χρονος. Nam formulam χρονος ἐγγίγνεται significare *tempus intercedit* quis ignorat? Sed omisso substantivo sensus est: *ut fiat mihi de ceteris quoque disserendi facultas.* Idem codex aliter quam in editis Dionysii exemplaribus (haud secus quam libri Thucydidei omnes et alibi, ubi eadem verba citantur, codices Dionysii) post τεκμαιρομενος omittit particulam τε, et deinde recte atque ordine exhibet verba: ἐπὶ πλεῖστον ἀνθρώπων· τὰ γὰρ προ αὐτῶν, non quae hucusque e Dionysio afferuntur πλείστων et αυτου; qua in re ut in aliis multis conspirat cum codice Monacensi, ut et ipse noveram — librum enim hunc quoque contuli — et videre est e Popponis ad h. l.

adnotatione. Denique uno loco in hoc capite Thucydidem eiusdem codicis et libri Monacensis ope emendare licebit legendo: *τεκμαιρομενος* (si quis *τε* h. l. addi insserit, non obnitar) *οτι ἀκμαζοντες ἦσαν ες αυτον κτε* omissa particula *τε* post *ἀκμάζοντες*, ex cuius vocabuli causa dittographia nasci facile potuit. Coniectura opus est in verbis praegressis: *ἀρξάμενος ευθὺς καθισταμένου [καὶ] ἐλπίσας μέγαν ἔσεσθαι*, ubi quam importuna sit copula non praeteriit Krügerum Florentinus meus, quod doleo, in fine capitis non stabiliyit elegantem coniecturam Cobeti: *εκ δὲ τεκμηρίων ὡς* pro *ὧν* (quod affertur e marg. cod. Bodl. ap. Dion. p. 858), delcto verbo *νομίζω;* sed tralaticio scribarum errore *μακρότερον* habet pro *μακροτατον*. Optime contra observata crasi in ipso capitis fine exhibet: *ουτε ἐς τἄλλα*, quae crasis ubique locorum revocanda.

Cap. 2. Flor. omittit *ἀδεῶς* et mox *ουδε γὴν φυτεύοντες*, male utrumque; nec melius in praegressis exhibet *ἀπολιποντες*. Non magis probanda eiusdem libri scriptura in verbis proximis: *ὑπὸ τινων πλειονων*, omissa voce *ἀεί*, quae sane cum pronomine indefinito coniuncta valde mihi displicet, et displicuit iam Schaefero, qui ad Dionys. l. l. coniicere occupavit *ὑπὸ τῶν ἀεὶ πλειονων*, quemadmodum legendum esse dudum et ego suspicatus sum Eandem autem lectionem e Dionysii Aldina enotavit Goeller.

§ 2. *Ἕλληνος δὲ καὶ τῶν παίδων αυτου ἐν τῇ Φθιωτιδι ἰσχυσαντων καὶ ἐπαγομένων [αυτοὺς] ἐπ' ωφελίᾳ ἐς τὰς ἄλλας πόλεις.* Non exputo cur noster post *ἐπαγομένων* addere maluerit pronomen *αυτούς*, quo omisso sententia contorta et difficilis facilis fiat et elegans. In culpa fuit, ni fallor, Indimagister, qui olim *ἐπαγομένων* verbum medium esse ratus, obscurum de suo interpretandi causa adiecerit. Fac autem Thucydidem verbo medio uti voluisse, quibus subiectum certe addidit scribendo *καὶ ἐπαγομένων αυτοὺς των ἄλλων πόλεων*. Sensus qui multos interpretes fefellit, hic est: *quum quotidie copiae in alias civitates accerserentur.* Cf. III 34 init.

§ 3. *Λαναοὺς δὲ ἐν τοῖς ἑαυτοῦ καὶ Ἀργείους καὶ Ἀχαιοὺς*

ἀνακαλεῖ. Rectissime Poppo haesit h. l. in usu verbi *ἀνακαλεῖν*. Codd. variant inter *ἀνακαλεῖ* et *αντικαλεῖ* et *ἀποκαλεῖ*. Suspicor: *καὶ Ἀχαιοὺς τινας καλεῖ*, quod praeterea suadent opposita: *ουδαμοῦ τοὺς ξυμπαντας ὠνομασεν κτέ.*

Cap. 4. *το τε ληστικον ὡς εἰκὸς καθῃρει* (cod. Arundel. *καθαίρει*) et cap. 13 § 4. *το ληστικὸν καθῃρουν* (sine varietate). Utroque loco non tantum aptior est notio verbi *καθαίρειν*, quod Cobet refragantibus quibusdam nostro reddidit, sed etiam Aoristi usus quam Imperfecti Neque aliter olim legit eius imitator, Cassium Dionem dico lib. XXXVII 52 § 1: *καὶ δυνηθεὶς ἂν τὰ ληστικὰ ἀπερ που ἀεὶ παρ' αυτοῖς ἦν ἀνευ μεγάλου τινος πόνου καθῆρας ησυχίαν ἔχειν* et LVI 10 § 4: *τῷ δὲ ἑκατονταρχῳ τῳ τὸ ληστικον καθαίροντι προσελθὼν κατηγορησεν κτέ.* Alii iam attulerunt Schol. Aristid. p. 38 *ἐκαθηρε δὲ τὸ ληστικὸν, ο ἐστι ἡμέρωσε· καὶ ὁ Θουκυδίδης ἐν τῇ πρωτῃ* et Eustath. ad Od. p. 690 *τὴν θαλασσαν ἐκαθαιρε λῃστῶν*. Cf. Poppo comm. I p. 62.

Cap. 5 init. *οἵ τε ἐν τῇ ἠπείρῳ παραθαλασσιοι καὶ ὅσα νησους εἶχον, ἐπειδὴ ηρξαντο μᾶλλον περαιουσθαι [ναυσὶ ἐπ' ἀλλήλους*. Mirum ni *navibus* in ea re usi forent! Quare idem vocabulum suspectum mihi est cap. 107 med.: *καὶ κατὰ θάλασσαν μὲν αυτοὺς, διὰ τοῦ Κρισαίου κόλπου εἰ βούλοιντο περαιοῦσθαι. Ἀθηναῖοι [ναυσὶ] περιπλεύσαντες ἐμέλλον κωλύσειν*. Quam male etiam eiusmodi et subinepta additamenta oderit auctor, apparere potest cum alibunde tum e cap. 143 med.: *ην τ' ἐπὶ την χωραν ημων πεζῇ ἰωσιν, ημεῖς ἐπὶ τὴν ἐκείνων πλευσοῦμεθα*, ubi saltem propter *πεζῇ* minus offenderemur in addito *ναυσίν*. Nisi his exprimere locos, qualis est qui legitur I 101 § 2, ubi ex opposito *ναυσί*, quod cum emphasi legitur initio periodi, apparet in altero membro, si non scribendum, at certe cogitandum esse *πεζῇ*. — Vel certius est *ναυσί* expungendum esse I 105 init.: *Ἀθηναίοις δὲ [ναυσὶν] ἀποβᾶσι ἐς Ἄλιας πρὸς Κορινθίους καὶ Ἐπιδαυρίους μαχῃ ἐγένετο*. Nam *ἀποβαίνομεν ἐκ των νεων*, sive *ἀπὸ των νεων ἐὶς την γην*, non hercle *ταῖς ναυσίν*.

Cap. 6 § 5. *το δε παλαι — διαζωματα εχοιτες περι τα αιδοια ηγωνιζοντο.* Verba *περι τα αιδοια*, quae delenda censet Cobet, Luciano antiquiora esse apparet ex Alexandro s. Pseudom. § 13: *διαζωμα δε περι το αιδοιον εχων καταχρυσον.* Nisi forte putas, apud Lucianum quoque verba *περι το αιδοιον* aliena manu adscripta esse. Recte mox Reisko reposuit: *και ου πολλα ετη επειδη πεπαυνται* pro *πεπαυται*. Cf. Plut. de ser. num. vind. § 12: *και μην ου πολυς χρονος αφ' ου Λοκροι πεπαυνται πεμποντες εις Τροιαν τας παρθενους.*

† Cap. 7 extr. *εφερον γαρ αλληλους τε και των αλλων οσοι οντες ου θαλασσιοι κατω ωκουν.* Neque nudum *φερειν* h. l. quidquam potest significare, neque frequens apud ceteros formula *αγειν και φερειν* s. *φερειν και αγειν* pro *διαρπαζειν* Thucydidea est. Scribendum arbitror *εφθειρον κτε.* Cf. I 24, 30, III 85 extr., 92 § 2, IV 61 § 1, 66 § 1 et passim. †

† Cap. 8 § 2. *πλουσιωτεροι εαυτων γιγνομενοι.* Lege: *αυτοι εαυτων.* Cf. III 11 § 1, VI 72, VII 66 e tr. †

Cap. 9 § 2. *τυγχανειν δε αυτον* (sc. *Ατρεα*) *φεύγοντα τον πατερα δια τον Χρυσιππου θανατον και ως ουκετι ανεχωρησεν Ευρυσθευς, βουλομενων και των Μυκηναιων φοβω των Ηρακλειδων και αμα δυνατον δοκουντα ειναι και το πληθος τεθεραπευκοτα, των Μυκηναιων τε και οσων Ευρυσθευς ηρχε την βασιλειαν* [*Ατρεα*] *παραλαβειν κτε.* Nomen proprium, otiosum post praegressum *αυτον*, magistellis tribuere malim quam Thucydidi. Ib. § 3 *φαινεται γαρ* (Agamemnon) *ναυσι τε πλειστας αυτος αφικομενος και Αρκασι προσπαρασχων, ως Ομηρος τουτο δεδηλωκεν κτε.* Narrat igitur auctor Agamemnonem Arcadibus *praeter naves, quas haberent, alias praebuisse.* Hoc enim, nisi fallor Graece est *προσπαρεχειν*. At discimus ex Homerico loco Il. B 567, quo Th. respicit, nullam ipsis Arcadibus fuisse navem, *επει ου σφι θαλασσια εργα μεμηλειν.* Quare diremtis vocabulis scripserim: *προς* (i. e. praeterea) *παρασχων.*

Cap. 10 § 1. *ουκ ακριβει αν τις σημειω χρωμενος απιστοιη μη γενεσθαι.* Quia negatio *ουκ* pertinet ad *ακριβει*, non ad

απιστοιη, optime scribitur in apodosi: *μη* (non *μη ου*) *γενεσθαι.* Sed peccatum videtur III 39 *ουτε η παρουσα ευδαιμονια παρεσχεν οκνον μη ελθειν ες τα δεινα*, ubi grammatica postulat *μη ουκ.* Cf. I 141 § 4, VIII 60 § 1 et 70 § 1. In ipso capitis fine propter *κοινη* malim fere: *ως υπο* (pro *απο*) *πασης της Ελλαδος κοινη πεμπομενοι.*

Cap. 11 § 1. *αλλα προς γεωργιαν της Χερσονησου τραπομενοι και ληστειαν* [*της τροφης απορια*]. Tria ultima verba ex initio capitis male repetita deleverim.

Cap. 12 § 1. *και στασεις εν ταις πολεσιν ως επι το πολυ εγιγνοντο. αφ' ων εκπιπτοντες τας πολεις εκτιζον.* Vel ob praegressa *εν ταις πολεσιν* non fero *τας πολεις*. Emendatio incerta est. Expectes *καινας* vel *αλλας* vel *ετερας.*

Cap. 13 § 1. *και των χρηματων την κτησιν ετι* (l. *τι* cum Krügero) *μαλλον* [*η προτερον*] *ποιουμενης.* Recte Kr. delenda censet vocabula *η προτερον.* Incredibile dictu est, quam saepe idem interpretamentum in codd. huic comparativo adhaereat. Eodem liberandus est locus IV 66: *οι δε φιλοι των εξω τον θρουν αισθομενοι φανερως μαλλον* [*η προτερον*] *και αυτοι ηξιουν τουτου του λογου εχεσθαι* et VI 19: *πολλω μαλλον* [*η προτερον*] *ωρμηντο στρατευειν.* Alii emblemati idem *μαλλον* ansam dedit I 72 *νομιζοντες μαλλον αν αυτους εκ των λογων προς το ησυχαζειν τραπεσθαι* [*η προς το πολεμειν*] quod non latuit, quem panca in hoc genere latent, Cobetum. Ib. § 2 *ετη δ' εστι μαλιστα τριακοσια ες την τελευτην τοιδε του πολεμου, οτε Αμειοκλης Σαμιοις ηλθεν. ναυμαχια τε παλαιοτατη ων ισμεν γιγνεται Κορινθιων προς Κερκυραιους· ετη δε μαλιστα και ταυτη εξηκοντα και διακοσια εστι μεχρι του αυτου χρονου.* Offensione non caret *και* ante *ταυτη*, quia in praegressis non de eodem sed diverso annorum numero fit mentio. Hinc vide annon rectius vocabula *και ταυτη* omittant boni codd. *ABE* et *C* m. pr. Ib. § 5. *Πολυκρατης — Ρηνειαν ελων ανεθηκε τω Απολλωνι.* Quamquam eadem verba recurrunt III 104 § 2, vel sic tamen de veritate receptae lectionis subdubito, quia, nisi fallor, ut verba *ανατιθεναι* et

ἀνακεῖσθαι de *donariis*, ita *ἀνιέναι* et *ἀνεῖσθαι* de *locis*, *arboribus*, *animalibus*, similibus, quae dis consecrantur, Graecis usurpare sollemne est. Quocirca malim *ἀνῆκε*. Cf. IV 116 § 2.

Cap. 18 § 2. *ἔτη γὰρ ἐστι μάλιστα τετρακόσια, — ἀφ' οὗ Λακεδαιμονιοι τῇ αὐτῇ πολιτείᾳ χρῶνται.* Schol. *ἀφ' οὗ] γράφεται καὶ ἃ. ἢ εἰς ἃ υ' ἔτη, οἱ Λακεδαιμονιοι· τουτέστιν ἐν οἷς ἔτεσιν.* Non memoratur, quod visum est Popponi, duplex lectio *ἃ* et *εἰς ἃ*, sed *εἰς ἃ* esse lectionis *ἃ* interpretamentum apparet ex additis vocabulis *υ' ἔτη*. Ceterum de hac varietate, cuius vestigium servarunt cod. Italus et Parisinus H. exhibentes: *ἃ ἀφ' οὗ Λακ.*, diligenter videndum est, si quidem quod hodie vulgatur *ἀφ' οὗ* potest esse illius glossema, non ratione inversa. — § 3 tralaticio errore additur praepositio in verbis: *ἢ [ἐν] Μαραθῶνι μαχῇ*, quae recte omittitur I 73, sed iterum delenda II 34. Contra eadem male neglecta est in cap. 143 § 1 (lib. I), ubi legendum *τῶν Ὀλυμπιάσιν ἢ (ἐν) Δελφοῖς χρημάτων*. Cf. 121 § 1.

Ib. § 7 legimus: *ὥστε ἀπὸ τῶν Μηδικῶν ἐς τοῦδε αἰὶ τὸν πόλεμον τὰ μὲν σπενδόμενοι τὰ δὲ πολεμοῦντες ἢ ἀλλήλοις ἢ τοῖς ἑαυτῶν ξυμμάχοις ἀφισταμένοις ἐπαρασκευασαντο τὰ πολέμια* (l. *πολεμικὰ*) *καὶ ἐμπειροτεροι ἐγένοντο μετὰ κινδύνων τὰς μελέτας ποιούμενοι.* Temere Kr. expunxit vocabula necessaria *τὰ μὲν σπένδομένοι τὰ δέ*, quae de industria historicus addidit, quia sic tantum fieri posset, ut utrique vires suas bellando exhaustas identidem referrent.

Cap. 20 § 1 partim cum Krügero partim cum Wyttenbachio corrigam: *χαλεπὰ ὄντα πάν τι* (K.) *ἐξῆς ἐκείνῳ πιστῶσαι* (W.) pro *παντὶ* et *πιστῶσαι*, deinde *ὁμῶς* pro *ὁμοίως* cum Cobeto.

Ib. § 3. *ὑποτοπήσαντες δέ τι — Ἁρμόδιος καὶ Ἀριστογείτων ἐκ τῶν ξυνειδότων σφίσιν Ἱππίᾳ μεμηνυσθαι.* Probabilius arbitror: *ἐκ τοῦ τῶν ξυνειδότων* propter narrata VI 57: *ὡς εἶδον τινα τῶν ξυνωμοτῶν σφίσι διαλεγόμενον οἰκείως τῷ Ἱππίᾳ — ἔδεισαν καὶ ἐνόμισαν μεμηνύσθαι.*

Cap. 22 extr. *κτῆμά τε ἐς ἀεὶ μᾶλλον ἢ ἀγώνισμα ἐς τὸ παραχρῆμα ἀκούειν ξύγκειται.* Citat haec verba Dionys. Hal. de verb. comp. p. 165 scribens *παραυτίκα* pro *παραχρῆμα*. In optimo meo Florentino desideratur verbum *ἀκούειν*, fieri potest ut recte, quia sic fere melius (*κτῆμα — ἀγώνισμα* et *ἐς αἰὶ — ἐς τὸ παραχρῆμα*) verbum verbo respondet. Neque illud legisse videntur Quintilianus I. O. XI § 31, Polybius III c. 31, Plin. Ep. V 8, 11, quos locos vide apud Popponem in adnotatione ad h. l. Facile fluere potuit ex interpretatione.

Cap. 24 init *Ἐπίδαμνός ἐστι πόλις ἐν δεξιᾷ ἐσπλέοντι* (ἐς adde cum Kr.) *τὸν Ἰόνιον κόλπον· προσοικοῦσι δ' αὐτὴν Ταυλάντιοι βάρβαροι.* Soloecismum — partim enim diversissima sunt partim ad prosam orationem non pertinent quae exempla collegit Matthiae Gr. § 402 b. 3. quo provocat Poppo. Ad cap. 26 ne quis confugiat, lege quae ibi annotavimus — soloecismum igitur melius me indice removebimus delendo inutili pronomine quam corrigendo *αὐτῇ*. Agnoscit tamen *αὐτὴν* Dionysius H., nec quicquam varietatis enotavi e codd. Italis. Plerumque autem mare Adriaticum a veteribus vocatur *ὁ Ἰόνιος* sine substantivo. E multis locis Thucydideis cf. VI 30 § 1, 34 § 4, 104 § 2, VII 33 § 3. Rarius additur Cf. VI 13 et 14. Non mirer equidem si ubique debeatur magistellis. Nec fortasse olim huius loci facies alia fuit quam haec: *Ἐπίδαμνός ἐστι πόλις ἐν δεξιᾷ ἐσπλέοντι ἐς τὸν Ἰόνιον· προσοικοῦσι δὲ Ταυλάντιοι. Ἰλλυρικὸν ἔθνος. ταύτην ἀπῴκισαν κτέ.*

Cap. 26 § 2, 3. Hic locus, in quo narratio ita obscura est, ut credares Corcyraeos tres deinceps expeditiones suscepisse contra Epidamnios (*πέντε καὶ εἴκοσι ναυσὶ ἑτέρῳ στόλῳ — αὖθις στρατεύουσιν — τεσσαράκοντα ναυσὶ κτέ.*), vix aliter quam lituris sanari posse habeo persuasissimum. Scripserim igitur: *καὶ πλεύσαντες ἐνθὲς πέντε καὶ εἴκοσι ναυσὶ καὶ ὑστέρῳ ἑτέρῳ στόλῳ, τούς τε φεύγοντας ἐκέλευον κατ' ἐπηρείαν δέχεσθαι αὐτούς (ἦλθον — καταγειν) τούς τε φρουροὺς οὓς Κορίνθιοι ἔπεμψαν καὶ τοὺς οἰκήτορας ἀπάγειν, ὡς δὲ οἱ*

Ἐπιδάμνιοι οὐδὲν αὐτῶν ὑπήκουσαν, καὶ (i. e. *etiam*, sc. aeter exules) *τοὺς Ἰλλυρίους προσλαβόντες προσκαθεζόμενοι ωειῖπον Ἐπιδαμνίων τε τὸν βουλόμενον καὶ τοὺς ξένους παθεῖς ἀπιέναι· εἰ δέ μη, ὡς πολεμίοις χρησεσθαι;* ut recte e codd. quibusdam restitutum est pro *χρησασθαι*. Quae autem verba vulgo leguntur post *ὑπήκουσαν*: *ἀλλὰ στρατεύουσιν ἐπ' αὐτοὺς οἱ Κερκυραῖοι τεσσαράκοντα ναυσὶ μετὰ τῶν φυγάδων ὡς κατάξοντες* videtur adnotatio marginalis confecta a sedulo lectore partim e praegressis partim e cap. 29 § 3 *τεσσαράκοντα γὰρ (νῆες) Ἐπίδαμνον ἐπολιορκουν*. Cod. Vaticanus recte pro *οἱ δὲ* exhibet *ὡς δὲ οἱ*, quod recepi. Post *προσκαθεζόμενοι* in optimis codd. soloece inseritur *δὲ τὴν πολιν* (in Lugd. est *τῇ πόλει*), quod additamentum expunxi. Cf. quae de loco impeditissimo commentatus est Krüger.

Cap. 28 § 1. *τοὺς ἐν Ἐπιδάμνῳ [φρουροὺς τε καὶ οἰκήτορας] ἀπάγειν*. Verba inclusa abesse poterant. Adscripserit ne ipse Thuc. an magistellus ex cap. 26 § 1 et § 2, nolim definire. Cf. cap. extr. *ἣν καὶ ἐκεῖνοι τοὺς ἐν Ἐπιδάμνῳ ἀπαγάγωσι κτέ*. Vide Lex. Seg. B. A. p. 152, 15. Dirimant item alii an quid aliena manus adscripserit ipsis sequentibus: — *ὡς οὐ μετὸν αὐτοῖς Ἐπιδάμνου. εἰ δέ τι ἀντιποιοῦνται, δίκας ἤθελον δοῦναι ἐν Πελοποννήσῳ παρὰ πόλεσιν αἷς ἂν ἀμφότεροι ξυμβῶσιν· ὁποτέρων δ' ἂν δικασθῇ εἶναι [τὴν ἀποικίαν] τούτους κρατεῖν*. Ita subiectum verbi *δικασθῇ* erit *ἡ Ἐπίδαμνος*. Cf. cap. 38 extr. *Ἐπίδαμνον ἡμετέραν οὖσαν κτέ*.

Cap. 29 § 1. *ἄραντες ἑβδομήκοντα ναυσὶ καὶ πέντε δισχιλίοις τε ὁπλίταις*. Non mihi primo suspectus est numerus *δισχιλίοις*, quum cap. 27 extr. legamus *αὐτῶν δὲ Κορινθίων* (i. e. *solorum* Corinthiorum, non adnumeratis sociorum navibus et hoplitis) *νῆες παρεσκευάζοντο τριάκοντα καὶ τρισχίλιοι ὁπλῖται*. Maior igitur, non minor, quam ter mille universus numerus fuerit necesse est. Sin, quod quidam interpretes duce scholiasta contendunt, eorum pars alios in usus fuerit adhibita, diligens scriptor hoc, opinor, significasset. Jam autem, quum Diodorus XII 31 scribat: *οἱ μὲν οὖν Κορίνθιοι ἔχοντες ναῦς ἑβδομήκοντα καλῶς ἐξηρτυμένας ἐπέπλευσαν τοῖς πολεμίοις*, facili coniectura nostro restituas hanc lectionem: *ἑβδομήκοντα ναυσὶ καὶ πεντακισχιλίοις [τε] ὁπλίταις*. Numeris iam corruptis, *τε* a correctore additum esse quis miretur?

Cap. 30 § 3. *καὶ περὶ [τὸ] Χειμέριον τῆς Θεσπρωτίδος*. Dele articulum, qui soloece additur. Recte abest infra cap. 46: *ὁρμίζονται ἐς Χειμέριον τῆς Θεσπρώτιδος [γῆς]*, et ita constanter.

Cap. 32 § 2. *τετύχηκε δὲ ταὐτὸν* (restitui crasin pro *τὸ αὐτό*) *ἐπιτηδευμα προς τε ὑμᾶς ἐς τὴν χρείαν ἡμῖν ἄλογον (ὄν)*. Quicquid nonnulli contendunt, in pedestri oratione participium post *τυγχάνειν* omitti nequit. Vulgatam lectionem defendunt aliis locis manifesto depravatis, qualis est cap. 140 § 4, ubi pro *τυχόντων* alteram lectionem *τυχόντα* recte praetulit Cobet ad Hyperidem p 46. Superest unus locus II 87 § 3, ubi post *τότε* part. *ὄντες* prono errore interire potuit.

§ Cap. 33 § 3. *μηδὲ δυοῖν [ψηφίσαι] ἁμάρτωσιν, ἢ κακῶσαι ἡμᾶς ἢ σῴας αὐτοὺς βεβαιώσασθαι. ἡμέτερον δ' αὖ ἦρχον προτερῆσαι*. Expungatur varia lectio ad *προτερῆσαι*. † — Mox § 4 suppleverim: *τοὺς Κορινθίους δυναμένους παρ' αὐτῶ (μέγα)* Cf. II 29 § 1 et VI 59.

† Cap. 35 § 4. *πολλὰ δὲ — τὰ ξυμφέροντα ἀποδείκνυμεν. καὶ μέγιστον ὅτι οἵ τε αὐτοὶ πολέμιοι ἡμῖν [ἦσαν] — καὶ οὗτοι οὐκ ἀσθενεῖς, ἀλλ' ἱκανοὶ τοὺς μεταστάντας βλάψαι*. Vertunt: *sed qui nocere iis, qui a se defecerint, valeant*, recte, nisi quod malim: *qui suas partes reliquerint*. Sed vide quam parum ad rem ea verba dicantur a Corcyraeis. Ut enim doceant Atheniensibus profuturam esse suam societatem, monent videlicet Corinthios eos esse, *qui valeant nocere iis qui ab ipsis mutatis partibus discesserint!* Ultima verba sive ea acceperis de Atheniensibus, sive, quod alii faciunt, de Corcyraeis, sive de utrisque, aeque absurda sunt. Quam rem qui intellexisse videtur Krüger parum feliciter coniecit *μετα-*

στήσαντας addita interpretatione: *vos, si nos repudiaveritis.* Nam verbum *μεθιστάναι* eo sensu Graece omnino non dicitur. Melius certe haberet *μεταστησάμενοι*, sed ne hoc quidem ferri posset. Quid sententia postulet, docere potest § 3 cap. 33, nempe hoc: *idonei, qui societate non iunctos laedant.* Hinc legendum suspicor: *ἱκανοὶ τοὺς μὴ ξυστάντας βλάψαι.* Cf. I 1 et 15. † In verbis praegressis expungo *ἦσαν*, quod sciolus male supplevit, quum non hoc tempus, sed *εἰσίν*, cogitando supplendum sit.

Cap. 37 extr. lege, inserta particula conditionali: *καίτοι εἰ ἦσαν ἄνδρες ἀγαθοί, ὅσῳ (ἂν) ἀληπτότεροι ἦσαν τοῖς πέλας, τοσῷδε φανερωτέραν ἐξῆν αὐτοῖς τὴν ἀρετὴν δεικνύναι.*

Cap. 39 § 3. *οὓς χρῆν, ὁτε ἀσφαλέστατοι ἦσαν, τότε προσιέναι.* Loci ratio postulare videtur aut *ἀσφαλεῖς*, aut, quod Thucydidi reddendum suspicor, *ἀσφαλέστεροι*, scil. *ἢ νῦν.* Nota est frequens harum terminationum in MSS. confusio.

† Cap. 40 § 2. *καὶ ὅστις μὴ τοῖς δεξαμένοις, εἰ σωφρονοῦσι, πόλεμον ἀντ' εἰρήνης ποιήσει.* In hoc loco explicando frustra desudant viri docti. Ego Thucydidi reddiderim: *καὶ ὁστις μὴ τοῖς δεξαμένοις ἐπὶ σωφρονοῦσι πόλεμον — ποιήσει*, i. e. *adversus populum moderatum* (quales sumus Corinthii). Ad *ἐπὶ* c. Dat. hoc sensu usurpatum cf. I 40 extr. 102 § 4, 124 § 3, III 63 § 2, VI 79 § 1. † Utrum Coreyraei Atheniensęs bello implicarent necne, nihil ad Corinthios, modo isto bello non perierentur ipsi. Hinc etiam addunt: *οὐ γὰρ τοῖσδε μόνον ἐπίκουροι ἂν γένοισθε ἀλλὰ καὶ ἡμῖν ἀντ' ἐνσπόνδων πολέμιοι.*

Cap. 42 § 1. *ξύμφορα δὲ [εἰ πολεμήσει] ἄλλα εἶναι.* Deleatur turpe interpretamentum, quod ne per Grammaticam quidem stare potest, quae requireret saltem *εἰ πολεμήσετε.*

Cap. 47. *ἐπὶ δὲ τῇ Λευκίμμῃ αὐτοῖς [τῷ ἀκρωτηρίῳ] ὁ πεζὸς ἦν.* Leucimmen promontorium esse satis erat monere cap. 30 init., et recte hoc additamentum omittitur cap. 30 extr. et cap. 51, sed iterum adscriptum est III 79 extr.

Cap. 48 supple: *ὧν ἦρχε (τῶν) τριῶν στρατηγῶν ἑκάστου εἷς.*

Cap. 51 extr. *οἱ δὲ Κερκυραῖοι (ἦν γὰρ νὺξ) ἐφοβήθησαν [μὴ πολέμιαι ὦσιν], ἔπειτα δ' ἔγνωσαν καὶ ὡρμίσαντο.* Verba inclusa, quae salva sententia abesse *possunt*, non agnoscit qui hunc locum laudavit Lecapenus.

Cap. 52 § 1. *τῇ δ' ὑστεραίᾳ ἀναγαγόμεναι* (sic recte e paucis codd. Classen pro *ἀναγόμεναι*) *αἵ τε Ἀττικαὶ νῆες ὅσαι πλοῖμοι ἦσαν ἐπέπλευσαν ἐπὶ τὸν ἐν τοῖς Συβότοις λιμένα, ἐν ᾧ οἱ Κορίνθιοι ὥρμουν. βουλόμενοι εἰδέναι εἰ ναυμαχήσουσιν.* Krügero expungenti vocabula *βουλόμενοι εἰδέναι* Classen obmovit locos V 21, VI 44 extr. et ib. 62 § 1, quorum locorum primus tantum, ubi ut h. l. de *experiundo* potius quam de *sciscitando* sermo est, nisi et ipse similiter depravatus est, hunce tueri potest. Ne tamen cogamur iungere participium *βουλόμενοι* cum *Κορίνθιοι*, utique rescribendum *βουλόμεναι.* Ne autem quis miretur ipsis navibus tribui non solum voluntatem sed etiam sciendi facultatem, inspiciat mihi III 33 med: *αὐτάγγελοι δ' αὐτὸν ἰδοῦσαι ἐν τῇ Κλωῷ ἡ τε Πάραλος καὶ ἡ Σαλαμινία.* Cf. VI 42 extr., VII 25 init., VIII 92 § 3, 99 extr. Quapropter dubito an recte Cobet tentaverit locum IV 26: *καὶ τῶν νεῶν οὐκ ἐγίγνων ὅρμον αἱ μὲν αὐτῶν ἐν τῇ γῇ ὁρμοῦντο, αἱ δὲ μετέωροι ὥρμουν* reponi iubens: *οἱ μὲν — οἱ δέ.*

Cap. 56 extr. *δείσαντες μὴ ἀποστῶσιν ὑπό τε Περδίκκου [πειθόμενοι] καὶ Κορινθίων.* Non concoquebant Graeculi vim Passivam Aoristi *σῆναι* eiusque compositorum. Diversam esse rationem loci III 39 § 1: *ἐγὼ γάρ, οἵτινες μὲν μὴ δυνατοὶ φέρειν τὴν ὑμετέραν ἀρχὴν ἢ οἵτινες ὑπὸ τῶν πολεμίων ἀναγκασθέντες ἀπέστησαν* vix est quod moneam. Cf. ib. § 6: *τοῖς τε ἀναγκασθεῖσιν ὑπὸ τῶν πολεμίων καὶ τοῖς ἑκοῦσιν ἀποστᾶσιν.* Simili de caussa interpolarunt locum VIII 49: *ὅτῳ τρόπῳ — ὑπὸ τῶν ἑταίρων [παρακληθεὶς] κάτεισι*, ubi facile mihi persuadet Cobet insiticium esse participium. Similiter interpolata est scriptura in capite 57 § 2: *δέδιως τ'*

ἔπρασσεν ἔς τε τὴν Λακεδαίμονα [πέμπων] ὅπως πόλεμος γένηται κτέ.' Qui ibi adscripsit πέμπων non satis intellegebat, quo sensu Graeci dicant πράσσειν ἐς et πρός, quae locutio nostro est admodum familiaris. Remoto tamen emblemate vide an simul rescribendum sit γενήσεται, quia post verbum πράσσειν apud Thucydidem numquam sequitur ὅπως cum Aoristo, *secundo* non magis quam *primo*, sed constanter cum Futuro Ind. velut III 4 ἔπρασσον ὅπως τις βοηθεια ἥξει. IV 103 ἔπραξαν — ὅπως ἐνδοθήσεται ἡ πολις, I 56 πρασσόντων ὅπως τιμωρήσονται, 65 extr. ἔς τε τὴν Πελοπόννησον ἔπρασσον ὅπη ὠφελία τις γενήσεται, ubi citra necessitatem Tusanus rescribi iussit ὅπως (Cf. I 129 extr., VI 93), IV 128 extr. VI 88 § 4 etc. — Ib. § 3 νομίζων, εἰ ξυμμαχα ταῦτα ἔχοι ὅμορα ὄντα χωρία ῥᾴον ἂν τὸν πόλεμον [μετ' αὐτῶν] ποιεῖσθαι. Deleatur putidum emblema, cui post verba εἰ — χωρία locum non esse apertum est.

Cap. 58 § 1. τότε δὴ [κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον]. Etsi plane eadem verba recurrunt II c. 84 med. laudaturque e Demosthenis or. pro Cor. § 180 τότε τοίνυν κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον, vel sic tamen punctum temporis non dubito, quin magistellis, non ipsis scriptoribus, ea additamenta debeantur. Quam sententiam protuli in Exercit. Criticis p. 147 paullo ante Cobetum, qui de eadem re monuit in Mnemos. XI p. 369.

Cap. 62 init. Ποτιδαιᾶται — προσδεχομενοι τοὺς Ἀθηναίους ἐστρατοπεδεύοντο πρὸς Ὀλύνθου ἐν τῷ ἰσθμῷ καὶ ἀγορὰν ἔξω τῆς πόλεως ἐπεποίηντο — στρατηγὸν ἥρηντο. Loci sententia postulat: *in castris erant*, itaque una litera deleta scribendum ἐστρατοπέδευντο similiterque supra cap. 51: τοῖς Κερκυραίοις δὲ στρατοπεδευομένοις — αἱ εἴκοσι νῆες — προσκομισθεῖσαι κατέπλεον requiro: τ. Κ. δ' ἐστρατοπεδευμένοις κτέ. Nam sic demum recte sequitur: κατέπλεον ἐς τὸ στρατόπεδον. Recte IV 54: εὗρον αὐτοὺς ἐστρατοπεδευμένους et IV 129 ἔτυχον ἐξεστρατοπεδευμένοι et VI 88 ἐν τῇ Νάξῳ ἐστρατοπεδευμένοι. Pervulgatus est error, qui nititur locis aliquot depravatis, Praesens

στρατοπεδεύεσθαι, i. e. *castra ponere*, simul significare posse *in castris esse*.

† Cap. 63 § 1. ἠπορησε μὲν ὁποτέρωσε διακινδυνεύσει χωρησας [η ἐπὶ τὴς Ὀλύνθου η ἐς τὴν Ποτίδαιαν]. Inutile additamentum, in quo duplex η prodit falsarium. † — Eidem fortasse debetur vocabulum χωρίον in vicinis verbis hisce: ξυναγαγοντι τοὺς μεθ' ἑαυτοῦ ως ἐς ἐλάχιστον [χωρίον].

Cap. 64 init. τὸ δ' ἐκ τοῦ ἰσθμοῦ [τεῖχος] εὐθὺς οἱ Ἀθηναῖοι ἀποτειχίσαντες ἐφρούρουν et in extremo capite ἀπετείχισε τὸ ἐκ τῆς Παλλήνης [τεῖχος]. Qui ludimagister adscripsit substantivum τεῖχος non sensit quam absurde articulus addatur muro, qui neque dum exstat neque memoratus est in superioribus. Miror Classenum, qui recte expunxit prius τεῖχος, servasse posterius. Cf. praegressa: τὸ δ' ἐς τὴν Παλλήνην ἀτείχιστον ἦν. Incolumis evasit locus III 53: ἀπετείχιζε καὶ τὸ ἐκ τῆς ἠπείρου, ᾗ κατὰ γέφυραν — ἐπιβοηθεια ἦν κτέ.

Cap. 73 § 2 denuo interstrepentem agnosco sciolum in his: καὶ τὰ μὲν παυ παλαιὰ τί δεῖ λέγειν, ὧν ακοαὶ μᾶλλον [λογων] μάρτυρες η ὄψεις των ἀκουσομένων; Semel recepto e parte codicum cum Cobeto ὄψεις i. e. ὀφθαλμοί (cf. Hesychius), dubium non est, quin ακοαί h. l., ut alibi saepius, ponatur pro ὦτα; quo intellecto simul intelleges loci sententiam respuere istud λόγων, quod e perversa interpretatione natum quantocyus deleatur. In sqq. προβαλλομένοις recte explicuit Krüger, imperite obnitentibus multis.

Cap. 75 § 1. Neminemdum obtemperasse Dobreo verissime monenti ξυνέσεως esse praecedentis vocabuli γνωμης glossema! Gliscente corruptela codex Clarendonianus exhibet γνωμης καὶ ξυνέσεως, quae lectio iam magis celat originem. In extremis verbis: πασι δ' ἀνεπίφθονον τὰ ξυμφέροντα των μεγίστων πέρι [κινδύνων] εὖ τίθεσθαι constans omnium librorum scriptura πέρι (non περί) confirmat meam suspicionem κινδύνων esse interpretamentum idque satis perversum. Intelligenda enim τὰ μέγιστα διάφορα.

Cap. 77 § 3. *οὐ τοῦ πλείονος* (rectius sic libri quidam pro *πλέονος*) *μὴ στερισκομένοι χαριν ἔχουσιν, ἀλλὰ του ἐνδεοῦς χαλεπώτερον φέρουσιν ἢ εἰ ἀπὸ πρώτης ἀποθέμενοι τὸν νόμον φανερῶς ἐπλεονεκτοῦμέν.* Actum erit de grammatica Graeca, si formulam *χαλεπῶς φέρειν* recte Genetivum asciscere erit concedendum. In cuius rei fidem quem laudant locum interpretes II 62 § 3 ei loco testimonii dictio non est, quippe in quo Dobree sagaciter intellexit pron. *αὐτῶν* scholium esse olim adscriptum ad *ὀλιγωρῆσαι*. Fruantur autem iudicio suo, qui diversissima miscentes non aliter cap. 75 § 1 Genetivum *ἀρχῆς* pendere ab *ἐπιφθόνως διακεῖσθαι* autumant. Compares velim quae exempla ad cap. 22 § 3 et ad cap. 36 § 2 diligenter collegit Classen, et videbis quam sint ea toto coelo diversa. Ne multa: leni mutatione rescribendum arbitror: *ἀλλὰ τουνδεὲς χαλεπωτερον φέρουσιν.* Crasis non intellecta a librariis corruptelae causa fuit; quemadmodum hoc ipso loco scribas latuit, quid sibi vellet *τουννομον*, quod ex *τὸν νόμον* acute expiscatus est Krüger. Quae elegantissimae coniecturae obmovet Classen spero fore, ut alii melius intellegant quam ego intellexi.

Cap. 80 extr. nove dictum *χρόνος ἔνεσται* pro *ἐγγενησεται* nec tamen fortasse sollicitandum.

Cap. 82 § 2. *καὶ τὰ αὐτῶν* (al. *αυτων*) *ἅμα ἐκπορίζωμεθα.* Nullo alio loco *αὑτῶν* apud nostrum legitur pro [*ἡμέτερ*] *αυτῶν*, ut recte est in vicinis § 1. In proximis obliterata est elegans ellipsis, qua inde ab Homero usi sunt veteres omnes in formula *εἰ* (*ἠν*) *μέν* — *εἰ* (*ἠν*) *δὲ μη*. Scribatur enim: *καὶ ην μέν εσακούωσί τι πρεσβευομένων ημων* [*ταυτα ἀρίστα*] *ην δὲ μη, διελθόντων κτέ.* Cf. III 3 § 3 et IV 13 § 3, ubi variata oratione est *ην μέν* — *εἰ δὲ μη*

Cap. 85 § 2. *ἐξιστι δ' ημῖν μαλλον ετέρων διὰ ἰσχύν.* Schol. *ἰσχύν. ην ἐχομέν.* Exspectaveram *διὰ* (*την*) *ισχύν.* Aut hoc verum est, aut certe per cliticnem scribendum: *δι' ἰσχύν.*

Cap. 86 § 1. *Σθενελαΐδας ελεξεν* [*ἐν τοῖς Λακεδαιμονίοις*]

ὧδε· τοὺς μὲν λογους τοὺς πολλοὺς τῶν Ἀθηναίων οὐ γιγνώσκω. Contra usum Thucydidis scriptorumque omnium omissa est alloquendi formula *ὦ* (*ἄνδρες*) *Λακεδαιμόνιοι*, fortasse de industria, quo magis breviloquentiam Laconicam, quae Sthenelaïdae orationi propria est, scriptor imitaretur. Sed additamentum, quod cum Krügero expunxi, ferri nullo modo potest.

Cap. 87 § 4. *ἡ δὲ διαγνωμη αὕτη τῆς ἐκκλησίας* [*τοῦ τὰς σπονδὰς λελύσθαι*] *ἐγένετο ἐν τῷ τετάρτῳ ἔτει καὶ δεκάτῳ τῶν τριακοντουτίδων σπονδῶν προκεχωρηκυιῶν.* Expungatur puerile additamentum, quod etiam vereor ne soloecum sit.

Cap. 89 § 2. *οἱ δὲ Ἀθηναῖοι — Σηστὸν ἐπολιόρκουν — καὶ ἐπιχειρήσαντες εἷλον* [*αὐτήν*]. Pronomen abesse malim. Vide v. c. I 111 extr. *ἐς Οἰνιάδας ἐστράτευσαν καὶ ἐπολιόρκουν, οὐ μέντοι εἷλόν γε, ἀλλ' ἀπεχωρησαν ἐπ' οἴκου.* Cf. I 94 extr., 103 extr. Et sic fere Attici scribere assolent, sed saepe pronomina de suo addunt magistelli.

† Cap. 90 § 3. *τειχίζειν δὲ* [*πάντας*] *πανδημεὶ* [*τοὺς ἐν τῇ πόλει*] *καὶ αὐτοὺς καὶ γυναῖκας καὶ παῖδας.* Non sufficit cum Krügero expellere sola verba *τοὺς — πόλει*. Cf. 126 § 4, III 3 med. Iteram *πασιν* expungatur VI 65 § 1. †

Ibid. § 4. *καὶ ὁ μὲν ταῦτα διδάξας καὶ ὑπειπὼν τἆλλα ὅτι αὐτὸς τάχει πράξοι ᾠχετο.* Quod Cobet proposuit *ὑπειπὼν ἅμα* speciem habet et commendatur loco VIII 64 § 1 *τοὺς ἡμίσεις ἀπέστελλον ἐπ' οἴκου πραξοντας τάχει κτέ.* Mihi olim venerat in mentem: *καὶ ἐπειπὼν* (i. e. *addens*) *τἆλλα ὅτι αὐτὸς* [*τάχει*] *πράξοι*, ut *τάχει* sit interpretamentum vocis *τἆλλα*, quae cum emphasi ponatur ante *ὅτι*.

† Cap. 91 § 1. *τῶν δὲ* [*ἄλλων*] *ἀφικνουμένων* [*καὶ*] *σαφῶς κατηγορούντων ὅτι τειχίζεται.* Quinam sint illi *reliqui*, non facile dixeris. Expunctis vocabulis *ἄλλων* et *καὶ* recte omnia procedent. Cf. 95 § 3 et III 93 § 3. Forma orationis similis erit ei, quae reperitur v. c. III 24 *τῶν ἀποτραπομένων — ἀπαγγειλάντων*. Cf. I 75 extr., 113 init.

† Cap. 93 § 1. *οἱ γὰρ Δηλίων παντοίων λίθων ὑποκεινται καὶ οὐ ξυνειργασμένων εστιν ἡ, ἀλλ' ὡς ἑκαστοί ποτε*

προσέφερον. Nihildum allatum est, unde confirmetur ξυνεισγασθαι dici posse lapides *ita actisos* (nam sic interpretantur) *ut alius alii aptus sit.* Suspicor: ξυνηρμοσμένων. Corruptelae ansam dedit subsequens partic. εἰργασμένοι. † Quam aptum sit ξυνηρμοσμένων quo melius sentiant, tironum in gratiam apponam locum XENOPHONTIS e Cyropaedia II 1 § 26 ὥσπερ γε καὶ λίθων καὶ ξύλων ἃ ἂν δέῃ συναρμοσθῆναι, ἔστι, κἂν οπωσουν καταβεβλημένα τύχῃ, συναρμόσαι αὐτὰ εὐπετῶς, ἂν ἔχῃ γνωρίσματα κτέ. Deinde rectius in paucis libris est ἕκαστον, ut legit quoque Valla. Cf. IV 4 ὡς ἕκαστόν τι ξυμβαίνοι. In proximis verbis (μείζων γὰρ ὁ περίβολος πανταχῇ ἐξηχθη τῆς πόλεως) Aristides II p. 209 non videtur legisse otiosa vocabula τῆς πόλεως, quae, quum per Grammaticam pendere possint tam a μείζων aut a πανταχῇ quam a περίβολος, obscuram potius et impeditam quam claram reddunt orationem absque iis facillimam. — Ib. § 2. ἐπὶ τῆς ἐκείνου ἀρχῆς [ἧς κατ' ἐνιαυτὸν Ἀθηναίοις ἦρξε]. Arguit impostorem mala Graecitas. Nam κατ' ἐνιαυτον est *singulis annis, quotannis.* Si quis tamen verba: ἧς Ἀθηναίοις ἦρξε retinenda putat, per me licebit. In vicinia supple μέγα προφέρειν (ἄν), si mecum fidem non habes Popponi I 1 p. 154 asseveranti *negligentiore sermone Thuc. uti Infinitivo praesentis pro futuri Infinitivo!* — Ib. § 4. ἐπιβολὰς recte quidam codd. pro ἐπιβουλάς, quod vel de coniectura fuerat mutandum. Et enim contra hostium ἐπιβουλὰς nullam urbem unquam satis munitam esse historia docet multis et praeclaris exemplis. Procopium, quem laudat Kr., legisse ἐπιβουλὰς ideo certum non est, quod in ipsius codicibus eadem frequentissima utriusque vocabuli confusio locum habere facile potuit.

Cap. 95 extr. καὶ σφίσιν ἐν τῷ τοτε παρόντι ἐπιτηδείους. Non satis causae est cur cum Krügero suspectum habeamus vocabulum παρόντι, quod et defenditur analogia frequentissimae formulae ἐν τῷ νυν παρόντι et testimonio Dionis Cassii, qui quatuor minimum locis XLIV 51, L 8, (haec duo iam a Krügero laudata esse animadverto) LIII 1 § 3 et

LIV 25 § 6. habet ἐν τω τοτε παροντι, unde nisi ex Thucydide?

† Ib § 3 ξυνέβη τ' αὐτω καλεῖσθαι. Immo ἀνακαλεῖσθαι; nam sermo est de Pausania *revocato* ab Ephoris. Cf. 131 § 1 †

Cap. 96. Verba οὑτω γὰρ ωνομάσθη τῶν χρημάτων ἡ φορά potius lectoris additamentum esse quam ipsius Thucydidis iam sensit Classen.

Cap. 97. ἡ τὰ προ τῶν Μηδικῶν [Ἑλληνικὰ] ξυνετίθεσαν ἡ αὐτὰ τὰ Μηδικα. Manifestum additamentum Ἑλληνικὰ nondum in suo codice legit Valla.

Cap. 102 § 1. μάλιστα δ' αὐτοὺς (Athenienses) ἐπεκαλέσαντο (Spartani) ὁτι τειχομαχεῖν ἐδοκουν δυνατοὶ εἶναι. τῆς δὲ πολιορκίας μακρᾶς καθεστηκυίας τοὑτου ἐνδεᾶ ἐφαίνετο. Sic ex dett. codd. locum rectius edidit Böhme quam Krüger et Classen, qui post Bekkerum ex melioribus scripserant τοῖς δὲ κτέ. Non enim in genus de obsidione sermo est sed de obsidione Ithomes, quae urbs iam dudum ante Atheniensium adventum oppugnabatur. Fortasse tamen utraque lectione coniuncta scribendum est: τοῖς δὲ τῆς πολιορκιας μακρᾶς καθεστηκυίας τοὑτου ἐνδεᾶ ἐφαινετο. Verba autem τοῖς δὲ κτέ. melius quam fecit Krüger. Classen de Atheniensibus non de Spartanis intelligit et *illi* dicuntur βίᾳ ἂν ἑλεῖν τὸ χωριον, scil. ni τοὑτου ἐνδεα ἐφαίνετο, ad quam ellipsin cf. quae disputavi ad Oedip. Reg. (ed. meam) p. 101 (adn.): Ἐφαίνετο h. l. est *apparebat* eque regione opponitur praegresso verbo ἐδοκουν. Dativum τοῖς δὲ recte explicuit Classen, adhibitis locis II 42 § 2 καὶ ουκ ἂν πολλοῖς — φανείη et I 48 § 3, 89 § 3.

Cap. 105 § 2. πολέμου δὲ καταστάντος πρὸς Αἰγινήτας Ἀθηναίοις μετὰ ταυτα ναυμαχία γίγνεται ἐπ' Αἰγίνῃ μεγάλη [Ἀθηναίων καὶ Αἰγινητων] καὶ οἱ ξύμμαχοι ἑκατέροις παρῆσαν. In margine, unde male pedem intulit, exulato puerile additamentum.

Cap. 109 § 1. Οἱ δ' ἐν τῇ Αἰγυπτῳ Ἀθηναῖοι καὶ οἱ

ξύμμαχοι ἐπέμενον καὶ αὐτοῖς πολλαὶ ἰδέαι πολέμων κατέστησαν· τὸ μὲν γὰρ πρῶτον ἐκράτουν τῆς Αἰγύπτου [Ἀθηναῖοι]. Scire pervelim de quibusnam aliis cogitari possit quam de Atheniensibus modo commemoratis. Apage igitur istiusmodi sordes!

Cap. 112 § 1. πενταετεῖς. Atticum est πεντετεῖς. Cf. Arist. Ach. 188. Medio fere capite: αἱ δ' ἄλλαι Κίτιον ἐπολιόρκουν. Κίμωνος δ' ἀποθανόντος καὶ λιμοῦ γενομένου ἀπεχώρησαν ἀπὸ Κιτίου duo ultima vocabula non insiticia esse docent sqq.

Cap. 114 § 1. Μετὰ δὲ ταῦτα οὐ πολλῷ ὑστερον Εὔβοια ἀπέστη ἀπὸ (l. ἀπ') Ἀθηναίων. Καὶ ἐς αὐτὴν διαβεβηκότος ἤδη Περικλέους στρατιᾷ [Ἀθηναίων] ἠγγέλθη αὐτῳ κτέ. Valent de his quae modo dixi. Si significare voluisset Thuc. exercitui non interfuisse mercenarios, addidisset potius πολιτικῇ aut simile quid, ut opinor.

† Cap. 115 § 2. ξυνεπελαμβάνοντο δὲ καὶ ἐξ αὐτῆς τῆς Σάμου ἄνδρες ἰδιῶται νεωτερίσαι βουλόμενοι [τὴν πολιτείαν]. Expungenda esse duo ultima vocabula nuper iam docui in Analectis criticis p. 2 monens Graecum esse περὶ τὴν πολιτείαν, † sed aliud corrigendum restat. Iure enim in ἰδιῶται haerens Krüger minus recte expunxit illud vocabulum: nam quomodo quis in animum induxerit illud adscribere haud facile ostendetur. Haud dubie vere in adnotatione idem, collato loco III 2 § 2, suspicatus est ἰδίᾳ, quod mihi quoque eundem locum legenti in mentem venit.

Cap. 118. extr. καὶ αὐτὸς ἔφη ξυλλῆψεσθαι καὶ παρακαλούμενος καὶ ἄκλητος. Veram lectionem servavit Plutarchus de Pythiae oraculis c. 19 init.: Λακεδαιμονίοι τε γάρ, ὡς Θουκυδίδης ἱστόρηκε περὶ τοῦ πρὸς Ἀθηναίους πολέμου χρωμένοις ἀνεῖλε νίκην καὶ κράτος (l. cum Krügero κατὰ κράτος πολεμοῦσι) καὶ βοηθήσειν αὐτὸς καὶ παρακαλούμενος καὶ ἀπαράκλητος. Neque aliter legit Dio Cassius 57, 7 § 6. Cf. Thuc. II 98: πολλοὶ γὰρ τῶν αὐτονόμων Θρᾳκῶν ἀπαράκλητοι ἐφ' ἁρπαγὴν ἠκολούθουν. Loco VI c. 87 in oratione Hermocratis post verba οὐκ ἄκλητοι quae inferuntur

παρακληθέντες δὲ me iudice elegantius abessent, speciemque offerunt interpretamenti. Utut est, ibi quoque malim: οὐκ ἀπαράκλητοι, παρακληθέντες δέ. Rarissime enim apud Thucyd. καλεῖν legitur pro παρακαλεῖν. Loco autem VIII 68 ὅταν τις καλῇ παρεῖναι de industria verbo simplici scriptor usus videtur, ut ingratam praepositionis evitaret repetitionem. Ceterum apposite ad locum quem tractamus Wasse citat Horat. Od. II. 18 extr.: *vocatus atque non vocatus audit.*

Cap. 120 § 2. ἡμῶν δὲ ὅσοι μὲν Ἀθηναίοις ἤδη ἐνηλλαγησαν. Schol. συνέμιξαν καὶ ὡμίλησαν, quae bona interpretatio est, modo Thucydidi reddamus ξυνηλλαγησαν; namque ἐναλλαττεσθαι nusquam significat *commercium habere* sed semper et ubique *permutare*. — § 3: ἀνδρῶν γὰρ σωφρόνων μέν ἐστιν, εἰ μὴ ἀδικοῖντο, ἡσυχάζειν, ἀγαθῶν δὲ ἀδικουμένους ἐκ μὲν εἰρήνης πολεμεῖν — μητε τῳ ἡσυχίῳ τῆς εἰρήνης ἡδομένον ἀδικεῖσθαι. Non Graeca tantum sed quaevis Grammatica postulat ἡδομένους.

Cap. 121 § 2. ἐν Δελφοῖς καὶ Ὀλυμπίᾳ. E bonis codd. recipe Ὀλυμπίασι. Cf. 143 init. — Ib. § 3. ὁ δ' ἐκεῖνοι ἐπιστημὴ προύχουσι, καθαιρετέον ἡμῖν ἐστι μελέτῃ. Sic scribi contra mentem auctoris meridiana luce clarius apparet e proxime praegressis: ὁ γὰρ ἡμεῖς ἐχομεν φύσει ἀγαθον, ἐκείνοις οὐκ ἂν γένοιτο διδαχῇ. Ergo reponendum καθαιρετον. Risum quis contineat legens Goelleri argutias: *nihil muto*, inquit: nam quod *addiscendo superandum dicit*, *intelligitur sponte idem superari posse*. Quasi vero bono scriptori aliud dicendum sit, aliud cogitandum! Simile vitium deprehendi II 88 med., de quo suo loco videbimus.

† Cap. 122 § 3. τύραννον δ' ἐῶμεν (μὲν) ἐγκαθεσταναι ἐν τῇ Ἑλλάδι πόλιν, τοὺς δ' ἐν μιᾷ μοναρχους ἀξιοῦμεν καταλύειν. Hiulcam orationem, docentibus verbis oppositis τύραννον — πόλιν, sic sarcire posse mihi videor, ut scribam: τοὺς δ' ἐν μιᾷ (ἑκάστῃ πόλει) μοναρχους ἀξιοῦμεν καταλύειν. †

Cap. 126 § 3. εἰ δ' ἐν τῇ Ἀττικῇ ἢ ἀλλοθί που ἡ με-

γίστη ἑορτὴ εἴρητο, οὐτ' ἐκεῖνος ἔτι κατενοησε. Vocula ἔτι h. l. sensu vacua mutata in τι, corrigatur ἐκεῖνός τι.

Cap. 127 § 1. *Τοῦτο δη τὸ ἄγος* (l. *ἄγος*) *οἱ Λακεδαιμόνιοι ἐκέλευον ἐλαύνειν δήθεν τοῖς θεοῖς πρωτον τιμωρουντες.* Difficultatem huius loci interpretes eludunt contra proprietatem sermonis πρῶτοι vertendo: *ante omnia*. Ferrem προθύμως τιμωροῦντες, quia tamen vocula δήθεν non suo loco legi videtur, suspicor manum Thucydidis hanc fuisse: ἐκέλευον ἐλαύνειν τοῖς θεοῖς δήθεν τιμωροῦντες. Δηθεν et πρῶτον varias lectiones esse crediderim, quorum haec corrupta, illa sincera sit. Mox mireris προσεχομενον a Thucydide usurpatum esse pro ἐνεχομενον. Nihil tamen mato.

† Cap. 128 § 2. *τὸν Ἑλληνικὸν πολεμον* vix dicere Thuc. potuit bellum Persicum, quare corrigo *Μηδικον*. ΕΛΛΗΝΙΚΟΝ eo facilius e ΜΗΔΙΚΟΝ nasci potuit, quod in vicinia legitur ΕΛΛΗΝΙΚΗΣ. † Occupavit sic corrigere Gebhardt in Fleckeiseni Annalibus LXXXIX p. 466, ut postea per literas me admonuit vir amicissimus Naber.

Cap. 129 § 2. *αντεγέγραπτο δὲ ταδε*, in epistola regis ad Pausaniam. Thuc. scripsit *ἀντενεγέγραπτο*, ut 128 § 4 recte legitur: *ἐνεγέγραπτο δε ταδε [ἐν αυτῇ]*, ubi duo ultima vocabula reddantur magistellis.

Cap. 130 § 1. *ἀλλὰ σκευάς τε Μηδικὰς ἐνδυομενος [ἐκ τοῦ Βυζαντίου] ἐξηει.* Vocabula inclusa adhaesisse videnter e mala interpretatione verbi ἐξιέναι, quod h. l. significat: *progrediebatur foras*. Idem additamentum Cobet delevit in epistola regis cap. 129. — Ib. § 2 *κατέχειν τὴν διάνοιαν* tam belle dictum quam Latine dictum foret *cohibere s. retinere propositum*. Ipsa oppositio docet Th. scripsisse: *καὶ στέγειν τὴν διάνοιαν (celare propositum) οὐκ ἠδύνατο, ἀλλ' ἐρχοις βραχέσι προυδηλου ἁ τῇ γνώμῃ μειζονως ἐσέπειτα ἐμέλλε πράξειν.* Verbo στέγειν (= κρύπτειν) noster usus est VI 72 extr. — Mox haec verba sequuntur: *δυσπρόσοδον τε αὐτον παρεῖχε καὶ τῇ ὀργῇ ουτω χαλεπῇ ἐχρητο ἐς παντας ὁμοίως ὥστε μηδένα δύνασθαι προσιέναι.* Delenti in Anaλectis Criticis verba *οὕτω* et *ὥστε — προσιέναι* Naber mihi monstravit locum Cassii Dionis (ed. Dind. vol. I p. 14) qui manifesto e Thucydide expressus est. Scribitur enim sic: *δυσπροσοδος τε καὶ δυσπροσηγορος* (Tarquinius) *ἦν, καὶ τῇ ὑπεροψίᾳ τῇ τ' ὠμότητι τοσαύτῃ πρὸς πάντας ὁμοίως ἐχρῆτο, ὥστε καὶ ὑπερηφανος ἀπ' αὐτῶν ἐπικληθῆναι.* Inde primum Thucydidi reddi potest, quod aliquanto melius est, *ἐχρήτο πρὸς πάντας ὁμοίως*, deinde hoc apparet, verba *οὕτω* et *ὥστε* sequente Infinitivo apud nostrum utique retinenda esse. Nihilominus haud facile credam Thuc. post illud *δυσπρόσοδον* scribere potuisse: *ὥστε μηδένα δύνασθαι προσιέναι.* Ultima vox corrupta videtur idque fortasse ex *προσομιλεῖν*. Cf. II 37 *ανεπαχθῶς δὲ τὰ ἴδια προσομιλοῦντες κτέ.* Audiendus non est Krüger, expungi iubens voc. *δύνασθαι*, ut *προσιέναι* sit a *προσίημι*. Quasi vero *ad se admittere* Graece *προσιέναι* sit, non *προσίεσθαι*.

Cap. 131 extr. *ἔξεστι δὲ τοῖς ἐφοροις τὸν βασιλέα δρᾶσαι τοῦτο.* Scholiasta: *καὶ μὴν οὐκ ἦν βασιλεὺς ἀλλ' ἐπίτροπος.* Propterea iam Bremio haec verba suspecta fuerunt. Si genuina sunt, scribendum certe: *καὶ τὸν βασιλέα* i. e. *vel regem*.

Cap. 132 § 3. *τοῦ μέντοι Παυσανίου ἀδίκημα κ[αὶ τοῦτ' ἐδοκει εἶναι.* Classen coniecit *καὶ τοτ' ἐδοκει*, ego malim *καὶ (τότε) τοῦτ' ἐδοκει εἶναι. καὶ, ἐπειδὴ ἐν τούτῳ καθιστηκει, πολλῷ μᾶλλον παρόμοιον πραχθῆναι ἐφαίνετο τῇ παρούσῃ διανοίᾳ.* — Sequuntur haec: *ἐπυνθάνοντο δὲ καὶ ἐς τοὺς Εἵλωτας πράσσειν τι αυτῷ.* Scribatur hic quoque *πρός*. Cf. II 5 § 4, VI 61 § 2.

Cap. 133 § 1. *σκηνησαμένου* (l. *σκηνωσαμένου* cum Kr.) — *καλύβην. ἐς ἣν τῶν ἐφορων ἐντός τινας ἔκρυψε.* Constans Atticorum mos requirit *ἔνδον*, ut recte legitur cap. 134 med. In extremo capite ipse verborum ordo damnat putidum emblema in verbis: *ἀλλὰ πίστιν [ἐκ τοῦ ἱεροῦ] διδόντος τῆς ἀναστασιως.* Sollenni usu supplices dici *ἀνίστασθαι* ignoravit qui haec olim adscripsit. Cf. 137 § 1.

Cap. 134 § 3. *καὶ αυτὸν ἐμέλλησαν μὲν ἐς τὸν Καιαδαν,*

οὖπερ τοὺς κακούργους, ἐμβάλλειν. Licet optime Graecum sit, non est Thucydideum ἐμβάλλειν ἐς, sed ἐσβάλλειν, quod recte servarunt libri deteriores. Nusquam enim noster verba composita cum praep. ἐν construit cum praepositione ἐς, sed constanter cum Dativo. Quapropter etiam II 48 § 1 perperam scribitur: (ἡ νοσος) ἐς την πολιν — ἐνέπεσε et corrigendum ἐσέπεσε. Praeterea loco, quem tractamus, pro οὖπερ requiro οἶπερ, et similiter § 4 legerim: ὁ δὲ θεὸς — τόν τε τάφον ὑστερον ἔχρησε τοῖς Λακεδαιμονίοις μετενεγκεῖν οἶπερ ἀπέθανε, per attractionem pro ἐκεῖσε οὖπερ.

Cap. 137 § 1. τοῖς — Ἀθηναίοις ἐλθοῦσι καὶ πολλὰ εἰποῦσιν οὐκ ἐκδίδωσι. Erat quum suspicarer: καὶ πόλλ ἀπειλοῦσιν (καὶ sensu intensivo). Cf. VIII 33. Languet enim nescio quomodo tradita scriptura. Certius est interpolatione laborare § 2: δείσας φράζει τῷ ναυκλήρῳ ὅστις ἐστὶ καὶ δι' ἃ φεύγει καὶ εἰ μὴ σωσει αὐτον [ἔφη] ἐρεῖν οτι χρήμασι πεισθεὶς αυτὸν ἀγει. Praegresso enim verbo significandi otiosum est ἔφη, quod mente repetendum e φράζει. Nam sic solent veteres Attici omnes.

Cap. 138 § 3. καὶ διαφερόντως τι ἐς αὐτὸ [μᾶλλον ἑτέρων] ἄξιος θαυμάσαι. Deleatur interpretamentum vocabuli διαφερόντως. Simile emblema tollendum II 60, ubi Pericles: εἰ μοι καὶ μέσως ἡγοὑμενοι [μᾶλλον ἑτέρων προσεῖναι αὐτὰ πολεμεῖν ἐπείσθητε, ubi summi viri modestiam offuscavit annotandi libido. Ope codicum iam Krüger sanavit locum VII 29 extr.: καὶ ξυμφορὰ τῇ πόλει πάση οὐδεμιᾶς ἧσσων [μᾶλλον ἑτέρας] ἀδόκητος τε ἐπέπεσεν αὕτη καὶ δεινη. Denique corrigendus locus IV 3: τῷ δὲ διάφορον τι ἐδόκει εἶναι τοῦτο τὸ χωρίον [ἑτέρου μᾶλλον] λιμένος τε προσόντος κτέ. — Sequuntur haec: οἰκείᾳ γὰρ ξυνέσει — τῶν τε παραχρῆμα δι' ἐλαχίστης βουλῆς κρατιστος γνώμων καὶ τῶν μελλόντων ἐπὶ πλεῖστον [τοῦ γενησομένου duo codd. habent in mg.] εἰκαστης· καὶ ἃ μὲν μετὰ χεῖρας ἔχοι καὶ ἐξηγησασθαι οἷός τε, ὧν δ' ἄπειρος εἴη, κρῖναι ἱκανῶς οὐκ ἀπηλλακτο κτε. Parum proficimus Krügeri coniectura delentis voculam καὶ et ὑποστιγμὴν post εἰκαστης, quippe qua non liberemur intolerabili huius loci anacolutho. Scribendum suspicor: κράτιστος γνώμων (ἦν) καὶ, quo facto omnia recte procedent.

Cap. 141 § 3. καὶ οἱ τοιοῦτοι οὔτε ναῦς πληροῦντες οὔτε πεζὰς στρατιὰς πολλάκις ἐκπέμπειν δύνανται. Immo πληροῦν, quod de pedestri exercitu non dicitur.

Cap. 142 § 2. τὴν μέν γὰρ χαλεπὸν καὶ ἐν εἰρήνῃ πολιν αντίπαλον παρασκευασασθαι. Procul dubio verum est τῇ μέν κτέ. i. e. τῇ επιτειχίσει, neque audiendi interpretes miris modis vulgatam lectionem explicantes.

† Cap. 144 § 3 extr. ἀρχοντας δ' ἀμυνούμεθα pro ἀρχομένους legendum esse monui in Anal. crit. p. 3 †, post Reiskium, ut docet me Popponis annotatio. Cf. cap. 78 extr.

IN LIBRO II.

Cap. 2 § 1. τῷ δὲ πέμπτῳ καὶ δεκάτῳ [ἔτει]. Intelligendum ἔτει e superiore ἔτη, non scribendum.

Cap. 3 § 2. supple: καὶ ἐνόμισαν (ἂν) ἐπιθέμενοι ῥᾳδίως κρατῆσαι. Cf. II 81 § 3 ἐνόμισαν αυτοβοεὶ ἂν τὴν πολιν ἑλεῖν. Similiter cap. 24 § 1 corrigam: νομίζοντες ἥκιστ' ἂν (pro ἥκιστα) σφᾶς — ὑποτοπῆσαι κτέ.

Cap. 4 § 2. οἱ δὲ κατὰ πύλας ἐρήμους γυναικὸς δούσης πέλεκυν λαθοντες [καὶ] διακόψαντες τὸν μόχλον ἐξῆλθον οὐ πολλοὶ, κτέ. Sententiam pessumdedit interpositum a sciolis καὶ. Cf. III 39 § 7. Ibid. ἐμπείρους δ' ἔχοντες τοὺς διώκοντας [τοῦ μὴ ἐκφεύγειν]. Ad ἐμπείρους e praegressis repete τῶν διόδων. Additamentum plane absurdum est.

Cap. 5 § 3. Πλαταιῆς — κηρυκα ἐξέπεμπον — λέγοντες ὅτι οὔτε τὰ πεποιημένα ὁσίως δράσειαν — τα τ' ἔξω [ἔλεγον αὐτοῖς] μὴ ἀδικεῖν· εἰ δὲ μη, καὶ αὐτοὶ [ἔφασαν] αὐτῶν τοὺς ἀνδρας ἀποκτενεῖν κτέ. Expunge duo emblemata, quorum prius manifesto nocet verborum compositioni per οὔτε — τε. Cf. adn. ad I 137 § 2. Similiter ἔφη ante

ξυλλήψεσθαι, qui Infinitivus pendet ab *ανείλε*, expellendum est 54 § 3.

Cap. 7 § 1. *οἱ Λακεδαιμόνιοι καὶ οἱ ξύμμαχοι [αὐτῶν]*. Haec formula, quae innumeris locis apud nostrum salva evasit, subinde corrumpitur interpretum additamentis, quod bis accidit VIII 37, ubi adscriptum est *τῶν Λακεδαιμονίων*. In foedere IV 118 § 8 rursus legitur: *Λακεδαιμονίοι καὶ οἱ ξύμμαχοι [αὐτῶν]*.

Ib. § 2. *καὶ Λακεδαιμονίοις μὲν — τοῖς τἀκείνων ἑλομένοις ναῦς ἐπετάχθησαν ποιεῖσθαι κατὰ μέγεθος τῶν πολεων*. Loco manifesto corrupto Cobet medetur scribendo: *Λακεδαιμόνιοι* (cum codd. aliquot in quorum numero est Vaticanus) — *ἐπετετάχεσαν*: recte, nisi quod ob praegressa ille *παρεσκευάζοντο δὲ καὶ οἱ Λακεδαιμόνιοι* aptior mihi videtur Aoristus *ἐπέταξαν*. Retinenti Dativum *Λακεδαιμονίοις* certe rescribendum erit *ἐπετάχθη*, ut iam ab aliis coniectum est, probante in altera editione Poppone. Subsequentes Accusativi *ἡσυχάζοντας — δεχομένους* documento sunt male Reiskium coniecisse: *οἱ τἀκείνων ἑλόμενοι*.

Cap. 9 § 1. *Λακεδαιμονίων μὲν οἵδε ξύμμαχοι· Πελοποννήσιοι μὲν οἱ ἐντὸς ἰσθμοῦ πάντες πλὴν — ἔξω δὲ Πελοποννήσου Μεγαρῆς κτέ*. Absurde sic scribitur, quia nulli sunt Peloponnesii extra Isthmum. De expungendis vocabulis *οἱ ἐντὸς ἰσθμοῦ* nemo sanus cogitabit, quia nulla exputari causa potest, cur quis ea verba adscriberet. Vix autem dubito Thuc. scripsisse: *οἱ μὲν ἐντὸς Ἰσθμοῦ πάντες*, ut *Πελοποννήσιοι* eius formulae interpretamentum sit.

Cap. 11 § 5. *πᾶσι γὰρ ἐν τοῖς ὁμμασι καὶ ἐν τῷ παραυτίκα ὁρᾶν τάσχοντάς τι ἄηθες ὀργὴ προσπίπτει*. Obscurissima sententia clara luce fulgebit, repetita praepositione *ἐν* si scripseris: *ἐν τοῖς (ἐν) ὁμμασι*. Cf. Plat. Theaet. p. 174 c. *Ὄμμα* pro *θέαμα* tragicorum est idque ipsum rarissimum.

† Cap. 13 § 1. *τοὺς ἀγροὺς αὐτου παραλίτη [καὶ μὴ δηώσει]*. Interpretamento periit omnis sermonis nitor. Similiter

mox insiticia sunt vocabula *τῶν χρημάτων τῆς προσόδου* post verba: *λέγων τὴν ἰσχὺν αὐτοῖς ἀπὸ τούτων εἶναι*. †

Cap. 15 § 3. *τὰ γὰρ ἱερὰ ἐν αὐτῇ τῇ ἀκροπόλει καὶ ἄλλων θεῶν ἐστι, καὶ τὰ ἔξω πρὸς τοῦτο τὸ μέρος τῆς πόλεως μᾶλλον ἵδρυται*. Post verba *καὶ ἄλλων θεῶν* Classen inseruit: *καὶ τὰ τῆς Ἀθηνᾶς*. Melius, ut opinor, auctori nostro consulueris inserendis duobus tantum vocabulis *καὶ Ἀθηναίας*, qua nominis forma Thucydidem quippe Euclide antiquiorem usum esse probabile arbitror. Nam apud eius aequalem Aristophanem, apud quem metro tuta erat, constanter ea forma apparet. Cf. Pac. 270; Eq. 760, Av. 829 et 1652. Hanc igitur restituam IV 116 med., ubi hodie editur: *ἐστι γὰρ ἐν τῇ Ληκνίθῳ Ἀθηνᾶς ἱερόν*.

Cap. 16 § 1 *πανοικησίᾳ γενόμενοί τε καὶ οἰκήσαντες*. Suspicor *πανοικησίᾳ (δι)αγενόμενοι* i. e. *degentes* s. *transigentes vitam*. Reliqua tria vocabula omissa non desiderarem.

Cap. 18 § 2. *αἰτίαν τ' οὐκ ἐλαχίστην Ἀρχίδαμος ἔλαβεν ἐπ' αὐτοῦ, δοκῶν καὶ ἐν τῇ ξυναγωγῇ τοῦ πολέμου μαλακὸς εἶναι καὶ τοῖς Ἀθηναίοις ἐπιτήδειος, οὐ παραινῶν προθύμως πολεμεῖν*. Hunc locum alii sic interpretantur, quasi legatur *ἐν τῇ παρασκευῇ τοῦ πολέμου*, alii, quasi scriptum sit *ἐν τῇ παραινέσει τοῦ πολέμου*. Quid sit Graecis *ξυνάγειν τὸν πόλεμον* docere potest v. c. locus Isocrateus in Panegyrico § 84: *οἶμαι δὲ καὶ τὸν πολεμον θεῶν τινὰ συναγαγεῖν κτέ*. i. e. *conflasse, excitasse bellum*. Sed *incitare ad bellum* s. *bellum suadere* s. *eius auctorem esse* Graece sonat: *ἐξορμᾶν ἐπὶ τὸ πολεμεῖν* s. *εἰσηγεῖσθαι πολεμον*. Priorem vero interpretationem vel peiorem esse non opus est ut dicam. Nec tamen propter verba *οὐ παραινῶν προθύμως πολεμεῖν* obscurum est, Th. respicientem ad ea quae narravit I 80 hoc dicere: iam antea Archedamum in conventu Spartae habito ad deliberandum de bello ignaviae famam nactum esse. Sed tametsi verbo *ξυνάγειν* saepe de *convocandis consiliis* utuntur historici (apud nostrum cf. I 120 § 1 et II 60 § 1), non tamen *ξυναγωγὴν τοῦ πολέμου conventum de bello habitum*

significare posse crediderim: quapropter suspicor supplendum esse: *ἐν τῇ ξυναγωγῇ (τῇ περὶ) τοῦ πολέμου*. Similiter Xenophon in Hellenicis VII 1 § 27: *καὶ πρῶτα μὲν εἰς Δελφοὺς συνηγαγε περὶ εἰρηνης Θηβαίους κτέ.*

† Cap. 19 § 1. Expunge verba *ηγεῖτο δὲ Ἀρχίδαμος — βασιλεὺς* post narrata 10 § 3, 12 § 3 et § 18 inepte supervacanea. Invecta videntur e 47 § 2 et 71 § 1. †

Cap. 21 § 1. *χρημασι πεισθῆναι [τὴν ἀναχωρησιν]*. Verba inclusa neque scholiasta legit neque Valla Manifestum emblema est. Ib. § 2, 3. *καὶ ἐδοκει τοῖς τε ἄλλοις καὶ μαλιστα τῇ νεοτητι ἐπεξιέναι καὶ μὴ περιορᾶν, κατὰ ξυστάσεις τε γιγνόμενοι ἐν πολλῇ ἔριδι ἦσαν, οἱ μὲν κελεύοντες [ἐξιέναι] οἱ δέ τινες οὐκ ἐῶντες*. Pro *ἐξιέναι* paullo tolerabilius est quod exhibent libri deteriores *ἐπεξιέναι*, sed neutrum, si me audis, scripsit Thuc., qui lectorum suorum sagacitate confisus omisit more Atticorum, quod unius cuiusque erat e praegressis supplere. Byzantinis ille non scribebat. Non minus interpolationis suspicione me iudice premuntur quae languide adhaerent principio capitis sequentis: *Περικλῆς δ' ὁρῶν μὲν αὐτοὺς — οὐ τάχιστα φρονοῦντας, πιστεύων δὲ ὀρθῶς γιγνώσκειν [περὶ τοῦ μὴ ἐπεξιέναι] κτέ.* Cf. III 16 § 1, *δηλῶσαι βουλόμενοι ὅτι οὐκ ὀρθῶς ἐγνώκασι*. Annotatiuncula peti potuit ex ipsius auctoris verbis II 55 extr. *Περικλῆς δὲ στρατηγὸς ὢν καὶ τότε περὶ μὲν τοῦ μὴ ἐπεξιέναι [τοὺς Ἀθηναίους delet Cobet] τὴν αὐτὴν γνώμην εἶχεν ὥσπερ* (an *ηνπερ?*) *καὶ ἐν τῇ προτέρᾳ ἐσβολῇ κτέ.* Sed aliud emendandum restat cap. 21 § 3 in vocabulis: *ὧν ἀκροᾶσθαι ὡς ἕκαστος ὤργητο*, ubi verbi *ὀργᾶν* contra omnium scriptorum usum (ex his cf. Dio Cass. 41, 56 § 3 et 47, 38 § 1) usurpatur genus medium. Vide IV 108 § 6 et VIII 2 § 2. Quocirca e libris deterioribus reponere possis *ὥρμητο*, nisi aliquanto esset probabilius hanc lectionem esse glossema genuini vocabuli *ὤργα*. Optimorum librorum scripturam originem ducere suspicor ex hac *ὥρμητο / ὤργα*, quemadmodum IV 9 (*ἀκολουθήσατε ἀνδρείως*) lectio codicis Lugdunensis *γενδρείως*

ἀνδρείως
corrupta est ex hacce *γενναίως*. quam repperi in codice, quem olim contuli Parisiis. Similiter ap. Soph. in Oedipo Rege *παλαιὰ*
vs. 971 *παροντα* natum esse ex *γέροντα* egregie intellexit Heimsöth Krit. Stud. p. 330. *Ὥρμητο* glossema esse formae *ὤργα*, eo probabilius est, quod IV 108 § 6 formam *ὀργώντων* Scholiasta Cassianus interpretatur per *ὡρμημένων*.

Cap. 22 § 2. *καὶ ἱππομαχία τις [ἐν]ἐγένετο βραχεῖα ἐν Φρυγίοις τῶν τ' Ἀθηναίων τέλει ἐνὶ τῶν ἱππέων καὶ Θεσσαλοῖς μετ' αὐτῶν πρὸς τοὺς Βοιωτῶν ἱππέας, ἐν ᾗ οὐκ ἐλασσον ἔσχον οἱ Ἀθηναῖοι καὶ Θεσσαλοί, μέχρι οἱ προσβοηθησαντων τοῖς Βοιωτοῖς τῶν ὁπλιτῶν τροπὴ ἐγένετο αὐτῶν καὶ ἀπέθανον [τῶν Θεσσαλῶν καὶ Ἀθηναίων] οὐ πολλοί*. Deleatur scholium ad *αὐτῶν*, quale est illud quod hodieque, sed minus verum, in scholiis editis legitur ad idem pronomen *αὐτῶν] τῶν Ἀθηναίων δηλονότι*. † Sequuntur haec: *ἀνείλοντο μέντοι αὐτοὺς αὐθημερὸν ἀσπόνδους*. E Graecorum sententia qui *sine indutiis* cadavera sua suscipiunt vere victi non sunt, neque ergo, ubi illud fit, adversariis mos est erigere tropaeum. Quare iure mireris, quasi nihil esset in ea re insoliti, statim sequi: *καὶ οἱ Πελοποννησιοι τροπαῖον τῇ ὑστεραίᾳ ἔστησαν*; quae offensioni non amplius erunt sic leniter emendata: *καίτοι οἱ Πελ. κτέ.* i. e. *nihilominus*.

Cap. 25 § 1. *καὶ ἐς Μεθωνην τῆς Λακωνικῆς ἀποβαντες τῷ τείχει προσέβαλον ὄντι ἀσθενεῖ καὶ ἀνθρωπων οὐκ ἐνοντων*. At infuisse homines apparet e § 2 *ἐβοηθει τοῖς ἐν τῷ χωρίῳ*. Hinc scholiasta *ἀνθρωπων] λείπει πολλῶν*. Sed inauditam esse talem ellipsin vix est quod dicam. Corrigerem igitur *οὐ(πολλῶν) ἐνόντων* aut *ὀλίγων ἐνοντων*, quod in simili loco legitur IV 8, nisi aliquanto lenius possem: *ἀνδρῶν* (pro *ἀνῶν* = *ἀνθρώπων*) *οὐκ ἐνοντων*, ut mox *οἱ ἐν τῷ χωρίῳ* sint pueri mulieresque ceteraque turba imbellis. Cf. I 67.

Ibid § 2. *καὶ απο τουτου τοῦ τολμηματος πρῶτος τῶν κατὰ τὸν πολεμον ἐπηνέθη* (Brasidas) *ἐν Σπαρτῃ*. Sensus esse debet: hoc primum fuisse facinus eorum, quae in hoc

bello Brasidas patravit, ob quod Spartae publice sit laudatus. Quare scribendum *πρώτου*. Cf. III 113 extr. *πάθος — μέγιστον δὴ τῶν κατὰ τῶν πολεμον τονδε.*

Cap. 29 § 4. *πείσειν γὰρ Σιταλκην πέμψειν* (l. *πέμψαι*, Clar. habet *πέμψαν*) *στρατιὰν [Θρᾳκίαν] Ἀθηναίοις κτέ.* Multum vereor ut Th. nomen *Θρᾳκίαν* pro suo agnosceret, quod idem valet de additamento in verbis praegressis hisce: *διὰ τοσούτου — ἢ διὰ πολλῶν ἡμερῶν [ἐς Ὀδρύσας] ὁδοῦ.* Thuc certe ita scripsisset: *ἢ διὰ τῆς π. ἡ. ἐ. Ὀ. ὁδοῦ.*

Cap 30 extr. *ἐπί τε Κεφαλληνίαν [τὴν νῆσον προσ]πλεύσαντες προσηγάγοντο ἄνευ μάχης.* Praepositio *πρός* adhaesisse videtur e verbo sequenti.

Cap. 34 § 3. *μία δὲ κλίνη κενὴ φέρεται τῶν ἀφανῶν οἳ ἂν μὴ εὑρεθῶσιν ἐς ἀναίρεσιν.* Ambigo utrum cum Cobeto delendum sit *ἀφανῶν*, an potius verba *οἳ — ἀναίρεσιν*, utpote illius adiectivi interpretamentum.

Cap. 35 init. *εἰρηκότων ἤδη.* Inversus vocabulorum ordo citatur e Dionysio de comp. verb., sed cum codd. Thuc amice conspirat et meus Florentinus, et liber Victorii teste Poppone. † Post pauca legimus: *καὶ μὴ ἐν ἑνὶ ἀνδρὶ τολλῶν ἀρετὰς κινδυνεύεσθαι εὖ τε καὶ χεῖρον εἰποντι [πιστευθῆναι].* Deleatur turpe emblema cl. Plat. Lach. 187 B *μὴ οὐκ ἐν τῳ Καρὶ ὑμῖν ὁ κίνδυνος κινδυνεύηται ἀλλ' ἐν τοῖς υἱέσιν.* Retinenti *πιστευθῆναι* omnino addendum sit *τε καὶ μή.* † — Ib. § 2 *ὅ τε γὰρ ξυνειδὼς — ἀκοῇ* Expressit hunc locum imitando Cassius Dio LIII 3 § 1.

Cap. 36 § 2. *αὐτοὶ ἡμεῖς οἵδε οἱ νῦν ἔτι ὄντες.* Verba *οἱ — ὄντες*, quae deleri iussit Cobet, agnoscere videtur Dio XXXVIII 38 § 3.

Ib. § 3. *ἀπὸ δ' οἵας τ' ἐπιτηδεύσεως ἤλθομεν ἐπ' αὐτὰ [καὶ μεθ' οἵας πολιτείας] καὶ τρόπων ἐξ οἵων μέγαλα ἐγένετο κτέ* Verba septa cancellis non habet Dionysius Hal p. 47 (Sylb.), et recte: non enim tangit orator R. P. formam nisi in transcursu, ut inde illustret mores (*τὴν ἐπιτήδευσιν*) Atheniensium. Adnotatiuncula originem debet principio cap. 37.

Cap. 37 § 1. *παραδείγμα δὲ μᾶλλον αὐτοὶ ὄντες τινὶ ἢ μιμούμενοι ἑτέρους.* Legatur *τισίν*. Sequitur: *καὶ ὄνομα μὲν διὰ τὸ μὴ ἐς ὀλίγους [ἀλλ' ἐς πλείονας] οἰκεῖν δημοκρατία κέκληται.* Th. certe scripsisset *πλείους*, vel potius *πολλούς*. Deinde pergit: *οὐκ ἀπὸ μέρους τὸ πλεῖον* (l. *πλέον*) *ἐς τὰ κοινὰ ἢ ἀπ' ἀρετῆς προτιμαται.* Imo: *ἀπὸ γένους.* Eadem vocabula scribae confuderunt cap. 96 non procul ab initio: *Γέτας καὶ ὅσα ἄλλα μέρη ἐντὸς τοῦ Ἴστρου — κατῳκητο*, ubi recte Poppo coniecit *γένη* et III 94 extr., ubi corrigo: *Εὐρυτᾶσιν, οἵπερ μέγιστον γένος ἐστὶ τῶν Αἰτωλῶν.*

Cap. 39 § 2. *ἡμεῖς δ' ἀνειμένως διαιτωμενοι οὐδὲν ἧσσον ἐπὶ τοὺς ἰσοπαλεῖς κινδύνους χωροῦμεν.* Fac recte dici *κίνδυνον ἰσοπαλῆ periculum, in quo pares sumus hostibus*, quod non nego ob locum Dionis C. XLIV 30 laudatum a Poppone, nihilominus est in hac interpretatione quo h. l. merito offendamur; siquidem parum erat gloriae Atheniensibus si *eiusmodi* pericula adirent. At contextus postulat, nisi fallor, hanc sententiam: *licet libere vivamus, nihilo secius pares hostibus pugnae aleam inire solemus*, quam nanciscemur transponendo: *οὐδὲν ἧσσον ἰσοπαλεῖς ἐπὶ τοὺς κινδύνους χωροῦμεν.* Cf. Dio 38, 47 § 5 et 50, 18 § 5. In extremo capite cum pluribus codd. scribam: *καὶ ἐς αὐτὰ ἐλθοεσι μὴ ἀτολμοτέροις* (pro *— ους*) *τῶν ἀεὶ μοχθούντων φαινεσθαι.* Cf. I 126 *ἐπιτρέψαντες τοῖς ἐννέα ἄρχουσι — αὐτοκράτορσι διαθεῖναι.* Addes I 31, 65, II 62, 87, IV 17, 71, 126, V 111, VI 60.

† Cap. 40 § 1. *καὶ ἑτέροις πρὸς ἔργα τετραμμένοις τὰ πολιτικὰ μὴ ἐνδεῶς γνῶναι.* Haud absurde coniectum est *ἑτερα*, sed paullo aptius mihi videtur *ἑτεροῖα* i. e. *generis diversi* †. Ib. § 3. *διαφερόντως γαρ δὴ καὶ τοδε ἔχομεν ὥστε τολμαν τε οἱ αὐτοὶ μάλιστα καὶ περὶ ὧν ἐπιχειρησομεν ἐκλογίζεσθαι· ὃ τοῖς ἄλλοις ἀμαθία μὲν θρασος, λογισμὸς δὲ ὀκνον φέρει.* Contortis aliorum explicationibus aliquanto probabilior mihi videtur lenissima haec novatio: *ὅτε τοῖς ἄλλοις κτέ.* Cf. Homericum illud (Od. *μ.* 22) *δισθανέες, ὅτε τ' ἄλ-*

λοι ἅπαξ θνήσκουσ' ἄνθρωποι. — In sqq. non exputo quid sit ἀποτρεπόμενοι ἐκ τῶν κινδύνων, nisi deleta praepositione.

Cap. 42 § 1. μὴ περὶ ἴσου ἡμῖν εἶναι τὸν ἀγῶνα καὶ οἷς τῶνδε μηδὲν ὑπάρχει [ὁμοίως]. Invito oratore ultima vox adscripta videtur, quippe quem liberum illum Atheniensium victum liberalesque eorum mores ac studia *prorsus* aliena esse a Lacedaemoniis contendere longe sit probabilius. Quare non sine causa hoc adverbium desideratur in codd. Dionysii Hal. p. 47. Verba sequentia: καὶ οὐκ ἂν πολλοῖς τῶν Ἑλλήνων ἰσόρροπος ὥσπερ τῶνδε ὁ λόγος τῶν ἔργων φανείη occupavit corrigere Dobree rescripto τω ἐργῳ. Cf. I 96 § 5. Krügero ἰσόρροπος recte cum Genetivo construi videtur, quia scil. ἀντίρροπος cum isto casu iungatur. Eodem iure contendas v. c. ἴσος recte habere casum secundum, quod non aliter construatur ἀντάξιος! † Locum vexatissimum in extremo capite Dobrei insistens vestigiis sic emendo: καὶ ἐν αὐτῷ τω αμύνεσθαι καὶ (τι) παθεῖν (i. e. *vel occumbere*) κάλλιον (pro μᾶλλον cum Dobreo) ἡγησάμενοι κτέ. †.

Cap. 43 § 1. ἀλλ' οἷς ἡ ἐναντία μεταβολὴ ἐν τῷ ζῆν ἔτι κινδυνεύεται. Melius intelligam: ἡ ἐς τἀναντία μεταβολὴ κτέ. Extr. cap. ἀλγεινοτέρα — ἡ [ἐν τῷ] μετὰ τοῦ μαλακισθῆναι κάκωσις ἢ ὁ μετὰ ῥώμης — γιγνόμενος ἀναίσθητος θάνατος. Expunxere viri docti ἐν τω, nulla tamen reddita ratione quidni potius expungenda sint vocabula μετὰ τοῦ; de quo cogitari sane possit, quia Thucydidis proprium est particularum varietate variare sermonem. Vide I 1 extr. οὔτε κατὰ τοὺς πολέμους, οὔτε ἐς τἆλλα, II 1 οὔτε κατὰ γῆν οὔτε διὰ θαλάσσης 38, § 1 οὔτε πρὸς τοὺς ἄλλους οὔτε ἐς ἡμᾶς, et ita saepissime. Nihilominus ἐν τῷ h. l. recte deleri probabile est propter locum I 6 § 4, ubi ad verba μετὰ τοῦ γυμνάζεσθαι scholiasta cod. Augustani annotavit: ἀντὶ τοῦ ἐν τῷ γυμνάζεσθαι.

Cap. 44 § 1. οὐκ ὀλοφύρομαι μᾶλλον ἢ παραμυθήσομαι. Quicquid dicunt vv. dd., Thuc. scripsit ὀλοφυροῦμαι. Quae depravatissima verba sequuntur sic tento: καὶ οἷς (ἂν) ἐνυδαι-

μονῆσαι τε ὁ βίος ὁμοίως καὶ εὖ τελευτῆσαι (pro ἐντελευτῆσαι ita corrigebam An. crit. p. 4, nescius hanc coniecturam occupasse Popponem) ξυμμετρηθῇ (pro ξυνεμετρηθη).

Cap. 48 § 1. Vide ad I 134 § 3.

Cap. 50 extr. τεκμήριον δέ· τῶν μὲν τοιούτων ὀρνίθων κτέ. E constanti Graecorum consuetudine post μέν insere γάρ.

Cap. 52 § 1. ἐν καλύβαις πνιγηραῖς. Ad rem cf. Livius III 6 § 3: auxere (Romani) vim morbi terrore populationis pecoribus agrestibusque in urbem acceptis: ea conclusio mixtorum omnis generis animantium et odore insolito urbanos et agrestem confertum in arta tecta aestu ac vigiliis angebat cett.

Cap. 54 § 3. Vide ad II 5 § 3.

Cap. 60 § 4. ὃς οὐδενὸς οἶμαι ἧσσων εἶναι — ταῦτα. Imitatur h. l. Dio Cassius XLIV 38 § 6 et L 17 § 4. — Ib. § 2 πολιν — καθ' ἕκαστον (insere μέν) τῶν πολιτῶν ευπραγοῦσαν, ἄθρoαν δὲ σφαλλομένην. Ad finem capitis cf. adn. ad I 138.

Cap. 61 § 2. καὶ ἐγὼ μὲν ὁ αὐτός εἰμι — μεταβάλλετε. Imitando expressit Dio XXXVIII 44 § 4. Graeca oratio non est quae leguntur in fine §: ταπεινὴ ὑμῶν ἡ διάνοια ἐγκαρτερεῖν ἃ ἔγνωτε: erit, si scripseris: οἷς ἔγνωτε. Cap. 75 § 1 malim τοῖς δένδρεσιν οἷς pro ἃ ἔκοψαν. Mox deleatur τὸ ante πλείστῳ παραλογῳ.

Cap. 62 § 1. Corrigatur locus hiulcus scribendo: τὸν δὲ λοιπὸν τὸν κατὰ τὸν πόλεμον (φοβουμένοις) μὴ γένηταί τε πολὺς καὶ οὐδὲν μᾶλλον περιγενωμεθα, ἀρκείτω μὲν ὑμῖν καὶ ἐκεῖνα ἐν οἷς ἄλλοτε πολλάκις γε δὴ ἀπέδειξα οὐκ ορθῶς αὐτὸν ὑποπτευομενον κτέ.

Cap. 65 § 2. ὕστερον δ' αὖθις ου πολλῷ, ὅπερ φιλεῖ ὁμιλος ποιεῖν, στρατηγὸν εἵλοντο Periclem. Minus accurate scribitur ὅπερ, quod optime habet in sententia, qualis est noto loco apud Aristophanem: χρέμπτεται γὰρ ἤδη | ὅπερ ποιοῦσ' οἱ ῥήτορες, quia χρέμπτονται οἱ ῥήτορες; aut Thuc. VIII 1 extr. Sed parum recte h. l. ὅπερ interpreteris: στρατηγὸν ἑλέσθαι τὸν Περικλέα. Quare aut ωσπερ scribendum aut οἷονπερ. Cf.

III 82 in., IV. 28 med., VI 63. Mox corrigam: *ὧν μὲν πέρι* (pro *περὶ* Kr) *τὰ οἰκεῖα ἕκαστος ηλγουν* (pro *ἠλγει*) *ἀμβλύτεροι ηδη οντες κτέ*. Cf. VIII 82. Ib. § 6. *ὁπότε γοῦν αἴσθοιτο κτέ*. Respicit h. l. Philodemus *περὶ κακιῶν* cap. 11 scribens: *ὡς καὶ Περικλῆς ταπεινουμένους μὲν ἐξῆρεν Ἀθηναίους, μεγαλαυχουμένους δὲ συνέστειλεν*. Ib. § 8 supplevi rim: *ὁμως τρία μὲν (ἔτι) ἐτη ἀντεῖχον*, cuius erroris causa in aprico est. Simili de causa necessarium pronomen *αυτος* elapsum est ex his verbis: (§ 6) *ορέγομένοι τοῦ πρῶτος (αυτὸς) ἕκαστος γίγνεσθαι* Cf. VIII 89 *πάντες γὰρ αυθημερὸν ἀξιοῦσιν — πρῶτος αυτὸς ἕκαστος εἶναι*, IV 108 med. *βουλόμενοι αυτοὶ ἕκαστοι πρῶτοι ατοστῆναι*, VII 84 *πᾶς τις — διαβῆναι αυτὸς* (ins. *ἕκαστος*) *πρῶτος βουλόμενος*, VII 70 *πᾶς τις — αυτὸς ἕκαστος ηπείγετο πρῶτος γίγνεσθαι*, III 38 *δοῦλοι ὄντες τῶν αἰὶ ατοπων — καὶ μάλιστα μὲν αυτὸς εἰπεῖν ἕκαστος βουλομενος* (l. *βουλόμενοι*) *δύνασθαι, εἰ δὲ μη, ἀνταγωνιζομενοι κτέ*. Interpolatione laborat locus similis VIII 89 extr.: *ἠγωνίζετο οὖν εἷς ἕκαστος αὐτὸς πρῶτος [προστατης τοῦ δημου] γενέσθαι*, ubi aut *πρῶτος* male repetitum est e praegressis aut, quod fere malim vocabula *προστάτης τοῦ δημου* sunt illius adiectivi interpretamentum. — Unus, qui me paene effugerat, error castigandus restat in § 8 *τοῦ ναυτικοῦ τω πλείονι [μοριῳ]*, quorum vocabulorum ultimum interpretis esse propterea paene certum est, quod id substantivum ubique apud Thucydidem servat vim diminutivam neque unquam ponitur pro *μέρος*. s. *μοῖρα* praeter h. l. et VII 58, ubi aeque inserviit explendae locutioni elliptice *ἀπὸ τοῦ πρὸς τὸν Τυρσηνικὸν πορτον [μορίου]*. Cf. I 85, 141, II 39, VI 92 et VIII 49.

† Cap. 70 § 3. *ἐξελθεῖν αυτους καὶ παῖδας [καὶ γυναῖκας] καὶ τοὺς ἐπικούρους ξὺν ἑνὶ ἱματίῳ, γυναῖκας δὲ ξὺν δυοῖν*. † Fieri tamen potest, ut potius scribendum sit: *ἐξελθεῖν αυτοὺς καὶ παῖδας καὶ γυναῖκας καὶ τοὺς ἐπικούρους, (τοὺς μὲν) ξὺν ἑνὶ ἱματίῳ γυναῖκας δὲ ξὺν δυοῖν*. — In extremo capite: *καὶ [τὸ] δεύτερον ἔτος ἐτελεύτα τῷ πολέμῳ*

[τωδε ὁ Θουκυδίδης ξυνέγραψεν]. Diu est ex quo mihi subnata est suspicio miram hanc clausulam, ubiubi occurrat, olim adscriptam esse a magistellis, quibus consensu delentur ultima verba totius operis: *οταν ὁ μετὰ τοῦτο τὸ θέρος χειμὼν τελευτησῃ· ἐν καὶ εἰκοστον ἔτος πληρουται*. Eam ipse Thucydides, ut arbitror, non uno et altero loco sed ubique singulis annis exeuntibus adscripsisset; quod secus esse docent loci II 47 § 1, IV 116, V 24, V 39, 51, 56, 83. Loci ubi clausula reperitur hi sunt II 103, III 25, 88, 116, IV 51, 135, VI 7, 93, VII 18, VIII 6, 60; in quibus omnibus suspecta mihi sunt verba *ετελεύτα τωδε ὁ Θουκυδίδης ξυνέγραψεν*, etiam propter verbum *ετελεύτα* adversus constantem Atticorum consuetudinem male repetitum. Idem tamen verbum haud melius iteratur V 51, 56 et 83.

Cap. 71 extr. *την γην τὴν Πλαταιίδα*. Priorem articulum recte omisit Dionysius Halicarnassensis. Contra cap. 74 § 1 requiro: *ἀλλ' ἀνέχεσθαι καὶ [την] γην τεμνομένην* et ib. mox: *ἐπὶ [την] γην τηνδε ἠλθομεν*.

Cap. 73 § 2. *ἡμέρας τ' ἐσπείσατο ἐν αἷς εἰκὸς ἦν κομισθῆναι*. Malim: *ἐν οσαις*. Ibidem post paucs in codice Danico speciose legitur *ἀναγγέλλοντες* i. e. *renuntiantes* pro *ἀπαγγέλλοντες*

Cap. 74 extr. lacunosum videtur; edam: *ξυγγνωμονες δη ἐστε ..... τῆς μὲν ἀδικίας κολάζεσθαι τοῖς ἐπαρχουσι προτέρους, της δὲ τιμωρίας τυγχανειν τοῖς ἐπιφέρουσι νομιμως*. Ita autem non video quid melius inseratur quam verba *καὶ δοτε*, quo facto simul Infinitivi *κολάζεσθαι* et *τυγχανειν* habebunt quo referantur, simul facilis explicatio erit Dativorum Partic. *τοῖς ἐπάρχουσι* et *τοῖς ἐπιφέρουσι*.

Cap. 75 § 2 *ωστε τοὺς μὲν φέρειν*. Scribe *φορεῖν*, ut recte legitur in praegressis: *εφορουν δ' ελην ες αυτὸ καὶ λίθους καὶ γῆν* et in extremo capite *εσεφόρουν τὴν γῆν*. Cf. mox cap. 76, 77, VI 99 § 1 et 100 extr.

Cap. 76. *ἔνθεν δὲ καὶ ἔνθεν αυτου ἀρξαμενοι ἀπὸ τοῦ βραχέος τείχους ἐκ τοῦ ἐντος μηκοιδὲς [ἐς τὴν πολιν]*

προσωκοδόμουν. Verba inclusa post illa ἐκ τοῦ ἔντος nimis otiosa sunt, neque ab ipso historico adscripta videntur.

Cap. 77 § 4. ἐντὸς γὰρ πολλοῦ [χωρίου]. Substantivum χωρίον est ex eo vocabulorum numero, quibus magistelli veterum locutiones elliptícas explere solent. Aliud exemplum reperitur I 63 § 2 ὡς ἐς ἐλάχιστον [χωρίον], aliud mox cap. 78 περιετείχιζον τὴν πολιν κύκλῳ διελομένοι κατὰ πόλις [τὸ χωρίον], ubi in flagranti deprehendimus falsarium, comparatis locis, quales hi sunt: IV 68 τάφρον τε καὶ τείχη διελομένη ἡ στρατιὰ, V 75 διελόμενοι τὴν πόλιν περιετείχιζον, V 114 διελόμενοι κατὰ πολεις περιετείχισαν κύκλῳ τοὺς Μηλίους. Alio interpretamento idem loquendi genus obliteratum est VII 19 § 1 ἔπειτα Λεκέλειαν ετείχιζον κατὰ πολεις διελομενοι [το ἔργον].

Cap. 78 § 1. Suspecta mihi sunt cum Classmio verba μέρος μέν τι — ἀφέντες. Praestat tamen omnia retinere quam cum codd. expungere sola vocabula τὸ — ἀφέντες.

Cap. 80 § 4. οἱ ὑστέρον ἦλθον, II 5 § 2 ὑστερον παρεγένοντο et VII 27 § 2 ὡς ὑστέρον παρῆσαν. Quum satis constet Graecis ὑστέρον ἥκω esse *postea venio* sed ὑστερος ἥκω (= ὑστερῶν) *serus venio*, dubium non est quin tribus his locis et aliis fortasse apud Thucydidem reponendum sit ὕστεροι. Scripturarum compendia huiusmodi errores perpetuo gignere mirum non est. Salva evasit vera lectio cum alibi tum hisce locis: Aristoph. Eccles. 381. Lys. 69 (ef. 326). Eurip. Rhes. 412, H. F. 522, 1174, Phoen 1441 et Thucyd. III 38 § 4 ὕστεροι ακολουθῆσαι.

Cap. 81 § 1. Ναύπακτον ἔρημην ἀπολιπεῖν. Immo καταλιπεῖν, nam illud Graecum non est.

Cap. 83 § 1. τὸ δ' ἐκ τῆς Κορίνθου — ναυτικον ὁ εδει παραγενέσθαι τῷ Κνίμῳ, ὅπως μὴ ξυμβοηθῶσιν οἱ ἀπὸ θαλάσσης ἄνω [Ἀχαρνανές], οὐ παραγίγεται. Expungatur nomen proprium, quod arguitur perverso vocabulorum ordine, siquidem ἄνω necessario pendet a ξυμβοηθῶσιν. Omisso nomine res satis perspicua erat propter ea quae auctor dixerat

cap. 80 § 1. Interpolator iterum interstrepit ipsis sequentibus: ἀλλ' ἠναγκασθησαν περὶ τὰς αὐτὰς ἡμέρας [τῆς ἐν Στράτῳ μαχης] ναυμαχῆσαι, ubi solocecam orationem nequaquam tueri quae exempla Krüger affert e Polybio toto coelo diversa: τῇ κατὰ πόδας ἡμέρα της ἐκκλησίας et μετὰ την πέμπτην ἡμέραν τῆς παρουσίας, quis est quin statim perspiciat? Τὰς αὐτὰς ἡμέρας quomodo intelligendum esset, neminem Thucydidis lectorem facile fallebat, ut opinor. Nec μαχης ναυμαχῆσαι auribus gratum esse quisquam contendet.

Cap. 84 § 2. ἐπὶ τὴν ἑω. Codd. dett. περὶ, aliquanto sane melius. In re tamen de qua agitur verius videtur ἐπο.

Cap. 85 extr. malim: ἐπῆρε δὲ Πολιχνίταις χαριζόμενος ὁμόροις (οὖσι) τῶν Κυδωνιατῶν, quia vicinitas memoratur ab auctore, ad explicandam officii rationem. Verte: *quippe Cydoniae vicinis*. Fortasse tamen nihil novandum.

Cap. 86 § 2. τοῦτο μὲν το Ῥίον — τὸ δ' ἑτερον [Ῥίον] κτέ. † Interpolata quoque arbitror verba ultima huius capitis παρεκελεύοντο [καὶ ἐλέξαι] τοιάδε. Cf. I 139 extr., II 10 extr., 88 in., 90 in., IV 9 ext., 11 in., 12 in., 93 in., 96 in., 125 ext., 127 in., VI 8 ext., 15 ext., 67 ext., 69 in., VII 65 in., 69 in., 78 in., VIII 77 in. Ad quorum locorum exemplum interpretamentis liberentur hi: IV 94 ext. 115 § 1, VI 32 ext. et VII 60 ext. †

Cap. 88 med. ὑπομενετέον. Fortasse verius est ὑπομένετον. Cf. adn. ad I 121 § 3. Quamquam illud ferri posse videtur.

Cap. 89 init. Ὁρων ὑμᾶς, ὦ ἀνδρες στρατιῶται, πεφοβημένους το πλῆθος τῶν ἐναντίων ξυνεκάλεσα, οὐκ ἀξιῶν τὰ μὴ δεινὰ ἐν ὀρρωδίᾳ ἔχειν. οὗτοι γὰρ τρωτον μὲν διὰ τὸ προνενικῆσθαι καὶ μηδ' αὐτοὶ οἴεσθαι ὁμοιοι ἡμῖν εἶναι [τὸ πλῆθος των νεων καὶ] οὐκ ἀπο τοῦ ἴσου παρεσκευασαντο. Hoc dicit orator: Lacedaemonios postquam re et factis intellexissent se mari Atheniensibus pares non esse, comparasse navium numerum multo maiorem, quam rem eleganti litotete, simul ut evitaret repetitionem vocabuli το πλῆθος, significavit dicendo οὐκ ἀπο τοῦ ἴσου παρεσκευασαντο. Huic igitur sententiae

non leviter nocuit adscriptum olim interpretamentum *τὸ πλῆθος τῶν νεῶν* postquam, ut fit, addita copula in textum se insinuavit. Ii qui corruptissima quaeque uteunque interpretantur, ita vulgatae scripturae sensum exponunt, quasi scriptum exstaret in textu: *τὸ πλῆθος τῶν νεῶν καὶ τοῦτ' οὐκ ἀπὸ τοῦ ἴσου*, ne sentientes quidem quam invenuste summique scriptoris stilo indigne Phormio ita dicendo locutus esset. Aliud emblema perdidit verba sequentia: *ἔπειτα ᾧ μάλιστα πιστεύοντες προσέρχονται, ὡς προσῆκον σφίσιν ἀνδρείοις εἶναι, οὐ δι' ἄλλο τι θαρσοῦσιν ἢ διὰ τὴν ἐν τῷ πεζῷ ἐμπειρίαν τὰ πλείω κατορθοῦντες καὶ οἴονται [σφίσι] καὶ ἐν τῷ ναυτικῷ ποιησειν τὸ αὐτό*. Neque *σφίσι* pro *σφίσιν αὐτοῖς* s. *ἑαυτοῖς* Graecum est neque *ποιεῖν* ponitur pro *περιποιεῖν* s. *περιποιεῖσθαι*. Deleto pronomine, male repetito e praegressis, *ποιησειν ταυτὸ* explica *κατορθώσειν*. Etenim sic pergit orator: *τὸ δ'* (sc. *κατορθοῦν*) *ἐκ τοῦ δικαίου ἡμῖν μᾶλλον νῦν περίεσται — τῳ δὲ ἑκάτεροι ἐμπειροτεροι εἶναι θρασύτεροί ἐσμεν*, ubi posteriora sana esse non praestiterim. † Post pauca scribitur: *πολὺ δ' ὑμεῖς ἐκείνοις πλείω φόβον παρέχετε καὶ πιστοτερον κατά τε τὸ προνενικηκέναι καὶ οτι ουκ ἂν ἡγουνται μὴ μέλλοντάς τε ἄξιον τοῦ παρὰ πολὺ πραξειν ανθίστασθαι ὑμᾶς*. Imo vero: *τοῦ παραπλου*, i. e. *τοὺ τολμηματος τοὺ παραπλεῖν*. Alterum scribae *ἔναυλον* erat e praegressis. Ad rem cf. 86 § 2, ad dicendi rationem V 60: *ουδὲν δρασαντες ἄξιον τῆς παρασκευῆς*. † — Ib. § 5 *πολλὰ δὲ καὶ στρατοπεδα ηδη ἔπεσεν [ὑπ' ελασσόνων] τῇ ἀπειρίᾳ κτέ*. Vocabulum *ἔπεσεν* non defenditur loco VII 77 § 1, quo provocant vv. dd. Dudum Haase repperit quod me iudice verum est *ἔπταισε*, sed ita ut simul deleatur *ὑπ' ελασσονων*, quod olim magister adscripsit male haec verba referens ad Spartanos: spectare enim potius Athenienses docent sqq.: *ὧν — μετέχομεν*. In extremo capite denuo obstrepunt Byzantini pulcherrima quaeque annotatiunculis suis corrumpentes: *ὁ δ' ἀγὼν μέγας ὑμῖν ἡ καταλῦσαι Πελοποννησίων την ἐλπίδα [τοὺ ναυτικοῦ] ἢ ἐγγυτέρω καταστῆσαι Ἀθηναίοις τὸν φόβον [περὶ τῆς θαλάσσης]*. Thuc. certe scripsisset: *τὴν ἐλπίδα τοῦ κατορθωσειν ἐν τῷ ναυτικῷ* et: *τὸν φοβον τοῦ ἡσσηθῆναι κατὰ θάλασσαν*. Cf. § 2

Cap. 90 § 1. *οὐκ ἐπέπλεον ἐς τὸν κόλπον [καὶ τὰ στενά]*. Ultima adscripta videntur ex 89 § 5 Ceterum si quis talia amplectitur, *ου φθορῶ*.

Cap. 91 § 1. *Ταύτῃ μέν οὖν οἱ Πελοποννησιοι ἐκράτουν [τε καὶ ἔφθειραν τὰς Ἀττικὰς ναῦς]*. Quicunque haec verba mihi admodum suspecta Thucydidi vindicabit, is saltem *καὶ διέφθειραν* corrigat, ut recte legitur cap. praec. § 4, unde haec petita sunt. Certo enim discrimine apud Thuc. *φθείρειν* nusquam ponitur pro *διαφθείρειν* sensu *τοῦ καταδύειν*. Cf. I 29, 54, 100, II 92 § 2 bis, § 3 et passim Ex eodem loco profecit is qui interpolavit verba sequentia: *αἵπερ ὑπεξέφυγον τὴν ἐπιστροφὴν ἐς τὴν ειρυχωρίαν*.

Cap. 92 § 3. *ἔστησαν — τροπαῖον [ὡς νενικηκότες] τῆς τροπῆς κτέ*. Idem emblema et simile *ὡς νικησαντες* saepius tollendum. Cobet iam sustulit I 64. Ib. 105 § 5 dele *ὡς νικησαντες* Ib. § 4 *ἐς κόλπον τὸν Κρισαῖον καὶ Κόρινθον*. Verba *καὶ Κόρινθον*, suspecta Krügero, equidem loco movere non ausim propter ea quae leguntur II 69 § 1 *μητ' ἐκπλεῖν ἐκ Κορίνθου καὶ τοῦ Κρισαίου κολπου μηδένα μητ' ἐσπλεῖν*. Cf 81 § 1, 83 § 1, 93 § 1. Non autem in vicinia verba *ἀποπειρᾶσαι τοῦ Πειραιῶς [τοῦ λιμένος τῶν Ἀθηναίων]* ab eadem suspicione libera esse puto, verum fraus perpluit in § 2, ubi post *Νισαίας* additur *τοῦ νεωρίου αὐτῶν*, quia Megarensium *ἐπίνειον* dicendum fuerat. Cf. I 30 med., 84 extr.

Cap. 96 § 1. Una litura dele verba *μέχρι θαλάσσης — Ἑλλησποντον*. Cf. Krügeri annotatio. — Ib. § 2 risum movent Thraces *montuosi* (*ορεινῶν Θρᾳκῶν*). *Montani* s. *monticolae* Graece audiunt *ορειοι*. Rectissime Cobet apud Xenophontem Anab. VII 4 § 10 idem vitium sustulit.

Cap. 99 § 1. *κατὰ κορυφὴν* recte scribitur Cf Dio Cassius XLIX 43 § 4 et LIII 31 § 3.

Cap. 100 § 1. *Ἀρχέλαος ὁ Περδίκκου [υἱός]*. Additur *υἱὸς* apud Thucydidem, ubi dura foret omissio velut § 2.

Cap. 101 § 1 Frustra Badham in *Λογίῳ Ἑρμῇ* I 1 p. 199 corrigit *οἱ* (pro *οἳ*) *παρῆσαν*, ut vel apparet e vocula *δέ* post *δῶρα*. Hoc loco nihil est sanius; neque enim aliunde effici potest, Atheniensis quod promiserant [95 § 3 extr.] revera praestitisse.

Cap. 102 § 2. Dele puerile additamentum *ὑπὸ τοῦ ὑδατος* et § 3 vocabula *τῷ μὴ σκεδαννυσθαι*, namque vel correcta (*τὸ μὴ σκεδαννυσθαι*) male abundant. Non digniora nostro § 4 sunt vocabula: *μηδὲ γῆ ἦν* post illa: *ἡτις — μηπω ἑτὸ* (l. *ὑφ᾽*) *ἡλίου ἑωρᾶτο*, quorum sunt interpretamentum. Ad finem capitis cf. adn. ad cap. 70 extr.

IN LIBRO III.

Cap. 5. *καὶ μάχη ἐγένετο, ἐν ᾗ οὐκ ἐλάσσον ἔχοντες οἱ Μυτιληναῖοι οὐτ᾽ ἐπηυλίσαντο κτέ* Immo *σχόντες*.

Cap 6 § 1. *ἑκατέρωθεν [τῆς πόλεως]*. Vocabula male repetita e proxime praegressis.

Cap 7 § 1. *καὶ παραπλέουσαι αἱ νῆες κτέ*. Athenis Naupactum navigantes *περιπλέουσιν*. Nullus est error frequentior. Similiter corrigas IV 25 § 5, ubi (cf. § 4) I *παραπλεύσαντες*. Loco IV 54 extr., *τῶν περὶ θαλασσαν*, l. *παρὰ*, ut legitur I 8 *οἱ παρὰ θαλασσαν ἄνθρωποι*, ubi *περὶ* est in quibusdam libris.

† Cap. 10 § 1. *εἰ μὴ μετ᾽ ἀρετῆς δοκούσης ἐς ἀλλήλους γίγνοιντο (φιλία καὶ κοινωνία)*. Verbum *δοκεῖν* iungi nequit cum *ἐς ἀλλήλους*. Requiro *δοκήσεως*. Cf. II 35 med., IV 18 ext., 87 § 1, 126 § 4, VII 67 § 1. Sensus: *nisi cum mutua virtutis opinione fiant*. Vide adn. ad V 16 § 6. † Ad sqq. *ἀπολιπόντων ἐκ* cf. V 4 *ἀπολιποντες ἐκ τῶν Συρακουσῶν* et Dio Cass. XXXVII 40 extr.

† Cap. 12. *ὑπεδεχόμεθα*. Egregie Haase *ἐπηρχόμεθα*, quod

Atticum esse male negavit Krüger. Vide Cobetum in Mnemosyne III p. 106. †

Cap. 15 init. *οἱ δὲ Λακεδαιμονιοι [καὶ οἱ ξύμμαχοι] ἐπειδὴ ἦκουσαν*. Verba *κ. ο. ξ.* insiticia esse luce clarius apparet e sqq., quae transpositione sananda sunt in hunc modum: *προσδεξάμενοι τοὺς λογους ξυμμαχους τε τοὺς Λεσβίους ἐποιήσαντο καὶ ὡς ποιησόμενοι τὴν ἐς τὴν Ἀττικὴν ἐσβολὴν τοῖς τε ξυμμάχοις παρουσι κατὰ τάχος ἐφραζον ἰέναι ἐς τὸν ἰσθμὸν τοῖς δύο μέρεσι καὶ αὐτοὶ πρῶτοι ἀφίκοντο κτέ*. Vocabula *ὡς ποιησομενοι* codd. habent post *μέρεσιν* structura impeditissima. Ad emblema cf. VII 59 in. ibique V. L. et Krüg.

† Cap. 17 § 1. *ἐν τοῖς πλεῖσται δὴ νῆες ἀμ᾽ αὐτοῖς ἐνεργοὶ κάλλει ἐγένοντο*. Suspicor *ἀλλαι ἀλλῃ*. † Fere eadem Stahl in Museo Rhenano XVI p. 62, ut admoneor a Nabero — Cap. med. *δίδραχμοι ὁπλῖται ἐφοίτων (αὐτῷ γὰρ καὶ ὑπηρέτη δραχμὴν ἐλαμβανε τῆς ἡμέρας)*. Fortasse: *ἐλαμβανέ (τις) τῆς ἡμέρας*. Saepius autem *τὶς* apud nostrum ponitur pro *ἕκαστος* v. c. VI 31: *ᾧ τις [ἕκαστος] προσεταχθη*, ubi deleatur interpretamentum cum Krügero. Cf. tamen Stein ad Herod. I 195.

Cap. 21 § 4 vocabula *οἱ ἑκκαίδεκα πόδες* eo confidentius delebo, quod vel Classenio, viro minime suspicaci, suspecta sunt. Sed alia sunt quae aliena manus affricuit vicinis hisce: *διὰ δέκα δ᾽ ἐπάλξεων πύργοι ἦσαν μεγαλοι καὶ ἰσοπλατεῖς τῷ τείχει, διηκοντες ἐς τι τὸ ἐσω μέτωπον αὐτου [καὶ] οἱ αὐτοὶ καὶ ἐς τὸ ἔξω, ὥστε παρόδον μὴ εἶναι [παρὰ πύργον] ἀλλὰ δι᾽ αὐτων μέσων διῆσαν*. Emblema *παρὰ πυργὸν* detexit Naber.

Cap. 23 § 1. *καὶ κλίμακας προσθέντες ἀπὸ τοῦ τείχους τοῖς πύργοις καὶ ἐπαναβιβασαντες ἄνδρας πλείους, οἱ μὲν [ἀπὸ των πύργων] τοὺς ἐπιβοηθοῦντας καὶ κατωθεν καὶ ἀνωθεν εἶργον βάλλοντες, οἱ δ᾽ ἐν τούτῳ [οἱ πλείους] πολλὰς προσθέντες κλίμακας — ὑπερέβαινον*. Verba *ἀπὸ τῶν πύργων* addita videntur e cap. medio, ubi rectissime habent: *οἱ ἀπὸ των πύργων χαλεπῶς [οἱ dele] τελευταῖοι καταβαίνοντες ἐχωρουν ἐπὶ την τάφρον*. Qui olim ista adscripsit, non assecutus est mentem auctoris, cui *οἱ μὲν* sunt omnes,

qui murum iam conscenderant tam ii, qui occupaverant turres et inde *ἀνωθεν εἰργον τοὺς ἐπιβοηθοῦντας* quam illi qui remanserant infra, quique *κατωθεν εἰργον* eosdem, *οἱ δὲ* contra sunt ii, qui nondum escenderant in muram. *Οἱ πλείους* (cf. I 119 § 1) contra hanc sententiam significaret *πλείους τὰ μαλλον*.

Ib. § 4. *οἱ μὲν οὖν Πλαταιεῖς ἐκείνους ἐώρων μᾶλλον ἐκ τοῦ σκότους ἑστῶτες ἐπὶ τοῦ χείλους τῆς τάφρου καὶ ἐτοξέυον τε κτέ.* Male Kampe copulam transponi iussit post *μᾶλλον*. Bene hunc locum illustrant verba Heliodori Aethiop. VI 14 *αὐτοὶ μὲν οὖν ἅτε ἐν σκότῳ διαγοντες οὐχ ἑωρῶντο· κατωπτευον δὲ τὰ ἐν φωτί*. Mireris autem apud Heliodorum apparere formam antiquam *ὁ σκοτος*, apud Thucydidem contra recentiorem *τὸ σκότος*. Nullus vero dubito, quin huic ubique locorum illa reddenda sit.

Cap. 24 § 1. Cf. ad II 3 § 2. In vicinia recte Naber suspectat vocabula: *τὴν ἐπ' Ἀθηνῶν φέρουσαν*. Mox lego: *τὴν πρὸς τὸ ὄρος φέρουσαν [ὁδὸν]* et in fine capitis: *οἱ μὲν δὴ [τῶν Πλαταιῶν] ἄνδρες οὕτως ὑπερβαντες ἐσωθησαν*.

Capitis 26 principium non minus vexavit annotandi libido: *οἱ Πελοποννησιοι ἐπειδὴ τὰς ἐς την Μυτιλήνην [διὸ καὶ*, cf. Krüg. ad h. l.] *τεσσαράκοντα ναῦς ἀπέστειλαν ἔχοντα Ἀλκίδαν [ὃς ἦν αὐταῖς ναύαρχος, προστάξαντες*, scholium petitum e cap. 16 extr.] *αὐτοὶ ἐς την Ἀττικην καὶ οἱ ξύμμαχοι ἐσέβαλον*.

Cap. 28 init. legatur *ἀποκωλύειν* pro *ἀποκωλύσειν*.

Cap. 30 § 1. Ad Krügeri coniecturam *μᾶλιστ' αἰτίωσα* comparo Dionis C. locum XLI 59 § 1 *οἷς ποτρωθεν ἡ ἀλκὴ ἦν*. Mihi in mentem venerat *μαλακὴ οὖσα*. Herbstii interpretatio in Philologo XVI 305, quem sequitur Classen, bellum declarat Grammaticae. In capite extremo Classenio assentior tuenti *τὸ καινὸν τοῦ πολέμου*. Doctae eius disputationi in appendice p. 188 sq. adde locum Plutarchi *de audiendo* ed. Didot p. 50 28: *ὡς γὰρ πολέμου καὶ ἀκροάσεως πολλὰ τὰ κενὰ ἐστιν*, unde confirmatur eius suspicio apud seriores auctores *κενὰ* non esse sollicitandum. Nam loco

Plutarcheo scribentes *καινὰ* peccaremus contra mentem auctoris, ut apparet ex ipsis sequentibus.

† Cap. 31 med. *οὐδενὶ γὰρ ἀκουσίως ἀφῖχθαι*. Lege *ἀκουσίῳ* †, i. e. *οὐκ ἀσμένῳ*. Idem ante me vidit Poppo.

Cap. 32 § 1. *ἔλεγον οὐ καλῶς την Ἑλλάδα ἐλευθεροῦν αὐτον, εἰ ἀνδρας διέφθειρεν*. Immo *διαφθείρει*, ut mox recte sequitur *παύσεται*. Oratio enim recta haec foret: *οὐ καλως ἐλευθεροῖς, εἰ — διαφθείρεις — εἴτε μὴ παύσει κτέ*.

Cap. 36 § 5. *ὅσπερ καὶ τὴν προτέραν ἐνεκεκήκει [ὥστε ἀποκτεῖναι]*.

Cap. 38 § 3. *ἀκροαταὶ δὲ τῶν ἔργων, τὰ μὲν μέλλοντα [ἔργα] ἀπὸ τῶν εὖ εἰποντων σκοποῦντες ὡς δυνατα γίγνεσθαι*. — Ib. § 4: *εἰ δέ μὴ, ἀνταγωνιζόμενοι τοῖς τοιαῦτα λέγουσι μὴ ὑστεροι ἀκολουθῆσαι δοκεῖν τῇ γνώμῃ, ὀξέως δέ τι* (Dobree pro δ' ἔτι) *λέγοντος προεπαῖσαι* (Reiske pro *προεπαινέσαι*. Atticum illud esse male negante Krügero) *καὶ προαισθέσθαι τε πρόθυμοι [εἶναι* del. Poppo*] τὰ λεγόμενα καὶ προνοήσαι βραδεῖς τὰ ἐξ αὐτῶν ἀποβησόμενα*. Loci sententia *προσέσθαι* pro *προαισθέσθαι* imperiose flagitat: i. e. *alacres ad prompti ad admittenda probandaque ea quae dicuntur et tardi ad eorum eventus prospiciendos*. Cf. Eurip. Elect. 622, Thuc. IV 38 et 108. Ex *προσέσθαι* postquam dittographia factum esset *προσεσθ(έσθ)αι* hoc a correctore in *προαισθέσθαι* mutatum esse eo probabilius est, quod sequiore aevo vocalis *E* a diphthongo *AI* pronuntiatione non erat diversa.

Cap. 39 § 3. *καίτοι δεινοτέρον ἐστιν ἢ εἰ — ἀντεπολέμησαν*. Legerim: *καίτοι (τοῦτο) δεινότερον κτέ*. Ib. § 4 procul dubio vera est paucorum librorum lectio *διαφερόντως* pro *διαφερόντων* et § 7 aut delendum videtur *ἔπειτα* ante *προσωδον* aut transponendum: *ἔπειτα τῆς προσοδου*. Cf. II 94 extr.

Cap. 40 § 3. *τειθομενοι — γνοντες*. L. *πιθομενοι* et mox § 4: *οἱ διαφυγοντες* pro *διαφεύγοντες*. Ibidem: *εἰ δὲ δὴ καὶ ου προσῆκον ὅμως ἀξιοῦτε τοῦτο δρᾶν*,

παρὰ τὸ εἰκός τοι καὶ τοὐσδε [ξυμφόρως] δεῖ κολάζεσθαι ἢ παύεσθαι τῆς ἀρχῆς. Ridiculum emblema petitum e praegressis, καὶ τὰ ξύμφορα ἅμα ποιησετε, vehementer turbat compositionis oratoriae artificium. Κολάζεσθαι, quod bene observat Classen, h. l. est verbum medium.

† Cap. 42 § 3. χαλεπωτατοι δὲ [καὶ] οἱ ἐπὶ χρημασι προκατηγοροῦντες ἐπίδειξίν τινα. Legendum: προκατηγοροῦντες ἐπιδείξειν τινά, quibus verbis respondetur insimulationi Cleonis 38 § 2. Cf. 40 § 3. Ἐπιδειξειν ideo Classenio venit in mentem, sed προκατηγορεῖν non minus est necessarium. † Hodie de ἐπιδείξειν dubito.

Ib. § 5. ἐλαχιστα γὰρ ἂν πεισθείησαν ἁμαρτανειν In Dobrei coniectura πεισθείη ἄν iure Krügero displicuit vocula ἄν in tanta vicinia repetitio. Mihi cum Classenio placet: πείσειαν, sc. οἱ τοιοῦτοι τῶν πολιτῶν. Mox inserto articulo legere malim: τὸν μὴ τυχοντα [τῆς] γνωμης. Deinde improbanda Badhami (*Mnem. Evm.* p. 200) suspicio: ἀντιχαριζόμενος τι pro τῷ αὐτῷ, χαριζομενός τι, quia ἀντιχαριζόμεθα τῷ ἡμῖν, οὐχὶ τῷ ἄλλοις (h. l. τω δημω) χαριζομένῳ. Melius me iudice Krüger expunxit vocabula χαριζομενός τι ut glossema ad τῷ αὐτω.

Cap. 43 § 4. pro ἀνεύθυνον, quod nauci est, lego ἀν(υπ)εύθυνον. Apud sequiores tamen illam formam non sollicitaverim.

Cap. 44 § 2. perperam Classen sequitur correctionem Hermanni ad Vigerum: ἔχοντας τι ξυγγνωμης — εἶεν, εἰ κτι., quae et obscuram sententiam reddit et tenentibus usum vocabuli εἶεν, ut dicam quod sentio, est subridicula. Nuperrime Badham l. l. recoxit Firnhaberi coniecturam ἔχοντας — ἐλεῖν (pro εἶεν), quae licet ceteris (ἀνεῖναι, et ἐᾶν) videatur probabilior, non tamen est omni dubio maior, quoniam duriusculo mente repetenda erunt verba: οὐ δικὶ τοῦτο — κελεύσω.

Cap. 45 in Ἐν οὖν ταῖς πολεσι πολλῶν θανάτου (l. θάνατος cum Cobeto) ζημία πρόκειται καὶ οὐκ ἴσων τῶδε [ἀλλ' ἐλασσονων] ἁμαρτημάτων. Data opera magistelli elegantes formulas οὐκ ἴσος et οὐχ ὁμοῖος corrumpunt, prouti res

postulat, de suo adscribentes interpretamenta ἀλλὰ μείζων vel ἀλλ' ἐλάττων. — Ib § 3 ἡ τοίνυν δεινότερον τι τούτου δέος εὑρετέον ἐστὶν ἢ τόδε γε οὐδὲν ἐπίσχει, ἀλλ' ἡ μὲν πενία ἀνάγκη την τολμαν παρέχουσα, ἡ δ' ἐξουσία ὑβρει τὴν πλεονεξίαν [καὶ ῥοννημάτι]. αἱ δ' ἄλλαι ξυντυχίαι ὀργῇ τῶν ἀνθρωπων, ὡς ἑκαστη τις κατέχεται ὑπ' ἀνηκέστου τινὸς κρείσσονος, ἐξάγουσιν ἐς τοὺς κινδύνους. In verbis αἱ δ' ἄλλαι ξυντυχίαι ὀργῇ τῶν ἀνθρώπων tum supervacanea sunt duo ultima vocabula tum, quod gravius, desideratur obiectum, quo respondeatur obiectis τὴν τόλμαν et τὴν πλεονεξίαν in membris parallelis. Quod si verum est, nihil est probabilius quam id quod desideratur delitescere in eo quod melius abesset. Perfacile autem est ad perspiciendum Thuc. non aliter scripsisse quam sic: αἱ δ' ἄλλαι ξυντυχίαι ὀργῇ (sc. παρέχουσαι) τὸ ἀνουν, quae lectio prono errore olim confusa est cum τῶν ἀν̓ῤων, noto compendio pro τῶν ἀνθρώπων. Qua restituta, membrorum aequilibrium (τὸ ἰσοκωλον) deleri iubet vocabula καὶ ῥοννήματι, quippe lectoris additamentum. Praeterea cum Kampio pro ἑκάστη requiro ἕκαστος, quod vero idem coniecit ἀνικητον pro ἀνηκέστου fortasse non est prorsus necessarium.

Cap. 46 § 2. recte libri deteriores praebent παρασκευάσεσθαι pro absurdo Aoristo; fieri tamen potest ut recte Classen ἂν inseruerit ante ἄμεινον. Utut est, valde ταχυπειθεῖς illi sunt, qui Herbstium Anglorum criticorum doctrinam in hac quaestione evertisse opinentur.

Cap. 51 extr. ἀπετείχιξε καὶ τὸ ἐκ τῆς ἠπείρου, ἦ — ἐπιβοηθειαι ἐν τῇ νησῳ οὐ πολὺ διεχούσῃ [τῆς ἠπείρου]. † Ib. τὸν ἔσπλουν — ἐλευθερωσας. Frustra tentatur hic locus. Cf. Dio Cass. XLII 12 § 2. τον τε ἔσπλουν ἠλευθέρωσεν, et ib. 10 § 2. Quod Classen coniecit κληθρωσας neque aptum est sententiae neque Graecum †.

Cap. 52 init. οὐκέτι ἐχοντες σῖτον [οὐδὲ δυναμενοι πολιορκεῖσθαι] ξυνέβησαν. Donec aliquis demonstraverit Graece sic recte dici pro ἐπομένειν τὴν πολιορκίαν sive, ut noster scribit II 70 § 1, πολιορκούμενοι ἀντέχειν, verba inclusa interpreta-

menti loco habebo. Non melius habita sunt a sciolis quae sequuntur sic corrigenda: *γνοὺς δ' ὁ Λακεδαιμονιος ἀρχων τὴν ἀσθένειαν αυτῶν. βίᾳ μὲν οὐκ ἐβούλετο ἑλεῖν, εἰρημένον αὐτῷ ἐκ Λακεδαίμονος, οπως — μὴ ἀνάδοτος εἴη ἡ Πλάταια ὡς αυτῶν ἑκοντων προσχωρησαντων. προσπέμπει δὲ αυτοὺς κηρυκα λέγοντα κτέ.* Vulgo aliquanto minus concinne legitur: *ἑλεῖν· εἰρημένον γὰρ ἦν αὐτω κτέ.* Ad *εἰρημένον*, quem casum absolutum h. l. magistelli non intellexerunt, cf. V 30 et 39. Similiter *γεγραμμένον* reperies V 56. Simile quid accidit III 93 *αἴτιον δὲ [ἦν]· οἱ γὰρ* (vulgo *οἵ τε*) *Θεσσαλοί*, ut iam Cobetum correxisse animadverto †. Ib. § 2: *εἰ βούλονται — δικασταῖς ἐκείνοις χρησασθαι τοὺς τε ἀδίκους κολάζειν παρα δίκην δ' ουδένα.* Scribatur: *ὡστε τοὺς ἀδικοῦντας κολάζειν*, i. e. *ea conditione ut noxios punirent* †. In extr. cap. *οἱ δὲ ἔλεγον αἰτησαμενοι μακρότερα εἰπεῖν — καὶ ἐπελθοντες ἔλεγον τοιάδε.* Certa emendatione repono: *οἱ δὲ λογον αἰτησαμενοι μακρότερον εἰπεῖν — [καὶ] ἐπελθοντες ελεγον τοιάδε.* Cf. c. 60 et 61 § 1. †

Cap. 53 extr. *ἀλλὰ μὴ ἄλλοις χάριν φέροντες ἐπὶ διεγνωσμένην κρίσιν καθιστωμεθα.* Malim: *ἐπ' ἤδη ἐγνωσμένην κρίσιν*: locus corruptus propter *itacismum*. Cf. Isocr. Archid. cap. 10: *κρίσις ἐγνωσμένη ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν.* Praeterea expectes aut *φεροντων* (sc. *ὑμῶν*) aut *καθίστητε ἡμᾶς*.

Cap. 56 extr. Suspicor: *κἂν τὸ παραυτίκα τοῦθ' ὑμῖν μὴ ωφέλιμον καθιστῆται.* Praegressa bene tractavit Kampe.

Cap. 57 init. *Προσκέψασθε κτέ.* Imo: *προσσκέψασθε*, i. e. *praeterea considerate*.

Cap. 58 § 4. *ους αποθανόντας ὑπὸ Μήδων καὶ ταφέντας ἐν τῇ ἡμετέρᾳ ἐτιμῶμεν κατ' ἔτος ἕκαστον δημοσίᾳ ἐσθήμασι τε καὶ τοῖς ἄλλοις νομίμοις, ὅσα τε ἡ γῆ ἡμῶν ἀνεδίδου ωραῖα, πάντων ἀπαρχὰς ἐπιφέροντες.* Difficile dictu est quid lateat sub corrupto vocabulo *ἐσθήμασι*. Coniectum est non admodum feliciter *ἑστιάμασι*; cogitari possit de *στέμμασι*, de *ἐναγίσμασι*, de *ἐντιμήμασι*, (cf. V 11) sed quod satis probabile sit vix reperias: praeter unum *θυ'μασι*. Utitur eo vocabulo Thuc. V 53 § 1. In fine non mihi primo negotium creat *εσαμένων*, pro quo alii codd. habent *ἐσαμένων*, alii *εἰσαμένων*. Scholiasta, qui explicat *ἱδρυσαμένων*, fortasse imprudens utitur ea ipsa voce, quam olim scripserat historicus. Cf. V. L. Illarum certe formarum Attica nulla est. Cogitavi de *ἰσαμένων*, sed, utut est, verba sequentia *καὶ κτισαντων* genuini vocabuli interpretamentum esse vix dubito.

Cap. 59 § 1 *φεισασθαι δὲ καὶ ἐπικλασθῆναι τῇ γνωμῃ οἴκτῳ σωφρονι λαβοντας, μὴ ὧν πεισομεθα μονον δεινότητα [καταγνοῦντας] ἀλλ' οἵοί τε ἂν οντες παθοιμεν καὶ ὡς ασταθμητον τὸ τῆς ξυμφορᾶς κτέ.* Quid sit *οἴκτῳ σώφρονι λαμβάνειν* nemo facile dixerit; sed procul dubio iungendum est *τῇ γνωμῃ λαβοντας*, quo intellecto transpositaque virgula (quae legitur post *λαβοντας*) post *ἐπικλασθῆναι*, sponte excidet formulae *τῇ γνωμῃ λαβοντας* interpretamentum *κατανοοῦντας*, et clara ac perspicua erunt omnia, nisi quod fere malim: *ἐπικλασθῆναι οἴκτῳ σωφρονι τῇ γνωμῃ λαβοντας κτέ.* — Ad *ἐπικλασθῆναι*, cf. 67 § 1: *ακούοντες ἐπικλασθῆτε.* — Ib. § 3 *τῷ αἰσχίστῳ ολέθρῳ λίμῳ τελευτησαι.* Aptius foret *τῳ αλγίστῳ*, cl. Lys. VI § 1, neque additum *λίμῳ* ab omni suspicione liberum est. Intellectum certe quam adscriptum malim. Extr. cap. supplendum: *γενέσθαι δὲ σωτῆρας ημῶν (ἡμᾶς) καὶ μὴ τοὺς ἄλλους Ἕλληνας ἐλευθερουντας ημᾶς διολέσαι.*

Cap. 62. med. *ἐγγυτατω δὲ τυράννου.* Mirum ni Th. scripsit *τυραννίδος*.

† Cap. 63. *τὰς ομοίας χάριτας μὴ ἀντιδοναι.* Graecum est *ἀνταποδιδόναι χάριν*, ut recte legitur § 6. Contrario errore 67 § 5 scriptum: *καὶ ουκ ἀνταποδοντες νὺν τὴν ἰσην τιμωρίαν*, ubi verum est *καὶ ουκ ἂν ἀντιδοντες*. †

Cap. 64 init. *Ἦλον τ' ἐποιησατε ουδὲ τοτε τῶν Ἑλλήνων ἕνεκα μονοι ου μηδίσαντες ἀλλ' οτι ουδ' Ἀθηναῖοι. [ὑμεῖς δὲ] τοῖς μὲν ταυτὰ βουλομένοι [ποιεῖν] τοῖς δὲ τἀναντία.* Aliquanto expeditior hic locus erit expuncto additamento *ὑμεῖς δὲ* (nam cogitando supplere cum interpretibus *ουκ ἐμηδίσατε* nulla nos sinit grammatica) quod non expressit in versione sua

Valla. Qui autem sciolus infersit *ποιεῖν*, obliteravit Graecorum locutiones notissimas, *ταυτὰ* et *ταναντία βούλεσθαι*.

Cap. 65 init. *ἐν σπονδαῖς καὶ ἱερομηνίαις*. Lege *ἱερομηνίᾳ*, ut bene scribitur 56 § 1. Frequens est librariorum error, ut vocabuli praecedentis numerum iterent in sequenti. Sic V 27 § 1: *αἱ — σπονδαὶ ἐγένοντο καὶ ὕστερον αἱ ξυμμαχίαι*. At cap. 24 et 25 recte legitur numero singulari *ἡ ξυμμαχία* et *τὴν ξυμμαχίαν*. Iterum V 48 *αἱ σπονδαὶ καὶ αἱ ξυμμαχίαι*, ubi 46 extr. ordine scribitur *ἐποιήσαντο σπονδὰς καὶ ξυμμαχίαν*. Similiter VI 8 *ἔν τε τοῖς ἱεροῖς καὶ ἐν τοῖς κοινοῖς*, quamvis rei ratio postulet (loquitur enim Thucydides de solis Segestanis) *ἔν τῳ κοινῳ* et recte sic scriptum exstet ibidem cap. 6 extr.

Cap. 66 med. *λόγοις τε πείσειν*. Veram lectionem *πεῖσαι* habet unus codex. Mox § 2, *τὴν περὶ αὐτῶν ἡμῖν μὴ κτείνειν ψευσθεῖσαν ὑπόσχεσιν*, Grammatica postulat *κτεῖναι*.

Cap. 67 § 1. *καὶ ὑπὲρ ὑμῶν καὶ ἡμῶν*. Repetitum *καὶ* poscit, ut repetamus praepositionem *ὑπέρ* ante *ἡμῶν*.

† Cap. 68 § 4. An. Crit. p. 6. additis rationibus, quas h. l. non repetam, ostendere conatus sum Th scripsisse: *περὶ Πλαταιῶν οἱ Λακεδαιμόνιοι οὕτως ἀτέραμνοι* (sive *ἀτεράμονες*) *ἐγένοντο* pro *ἀποτετραμμένοι*. Ibidem in § 3 rescripsi *οἳ ξυνεπεπολιορκηντο* pro *ξυνεπολιορκοῦντο*. †

Cap. 69 extr. *ὅπως προφθασωσι*. Haec verba deleverim.

Cap. 76. *νῆες — ἔφορμοι οὖσαι*. Aut cum Krügero scribendum *(ἐν) ἐφορμῳ οὔσαι*, aut uno vocabulo *ἐφορμοῦσαι*.

Cap. 78 § 2. *γνόντες δ' οἱ πρὸς τοῖς Κερκυραίοις*. Intelligendi: *οἱ πρὸς* (i. e. *κατὰ*) *τοὺς Κερκυραίους τεταγμένοι*, quare necessarius videtur Accusativus.

Cap. 81 § 2. *ἀπεχρῶντο* e libris deterioribus bene receptum esse pro *ἀπεχωρησαν* non solum probabile est propter Zonarae et Grammat. ap. Bekk. An. p. 423 testimonia sed etiam ob frequentem huius verbi usum apud nostri imitatorem Cassium Dionem, quem vide v. c. XLI 40 extr. et 48 init. Idem LI 8 § 7 et LII 17 § 4 eodem sensu usus est verbo

ἀναχρᾶσθαι, quod Hemsterhuis ad Pollucem IX 153 Thucydidi reddendum censuit I 126 v. fin. pro *διεχρησαντο* ob veterem glossam ap. Hesychium aliosque *ἀνεχρησαντο· διέφθειραν· οὕτω Θουκυδίδης*. — Post pauca, expuncto interpretamento, lege: *διέφθειραν αὐτοῦ* [*ἐν τῷ ἱερῳ*] *ἀλλήλους*.

Ib. § 3. *τὴν μὲν αἰτίαν ἐπιφέροντες τοῖς τὸν δῆμον καταλύουσιν*. Diversi generis sunt omnia quae Kr. ad h. l. tuendum affert. Reponendum arbitror *ὡς — καταλύουσι*, quod quum male haberetur pro participio, *ὡς* mutatum videtur in *τοῖς*.

Cap. 82 § 1. Supplendum: *καὶ ξυμμαχίας ἅμα ἑκατέροις (ἐπὶ) τῇ τῶν ἐναντίων κακώσει κτέ*. Nudo Dativo Graece *finem* significari posse haud facile credam. Praepositio *ΕΠΙ* inter literas consimiles *CTH* facile periit. Similiter praep. *ἐς* absorpta est terminatione vocabuli praegressi § 3 ubi *ἐς ἀκουσίας ἀνάγκας (ἐσ)πίπτειν* Graecum est et Thucydideum, neque ratione valde diversa § 3 ante *βίαιος διδάσκαλος* periit *βίου*, quod in codice quodam Parisiensi man. 2 superscriptum olim repperi, sive de coniectura aut interpretandi causa additum, sive ex antiquiore aliquo libro petitum. Eandem voculam requirebat Krüger. — § 2 *ἕως ἂν ἡ αὐτὴ φύσις ἀνθρώπων ᾖ*. Hunc flosculum decerpsit Dio C. XXXVI c. 20, (ut § 3 ad *καινοῦσθαι τ. δ.* conferre possis XLVII 4 § 3). Ib. *ἀμείνους τὰς γνώμας ἔχουσι*. Graecum est *ἀμείνονα τὰ*. — § 3 grati accipimus a Dionysio Hal. *πολλὴν* (pro *πολὺ*) — *τὴν ἐπιβολήν*. † Mox in verbis *τόλμα μὲν γὰρ ἀλογίστος ἀνδρεία φιλέταιρος ἐνομίσθη* corrigatur *ὠνομάσθη*, quam lectionem et scholiasta, qui *προσηγορεύσαν*, et Dionysius H., qui *ἐκάλουν* interpretatur, et Sallustius B. C. c. 52, qui h. l imitans scribit *vocatur*, habuisse ante oculos constat. † Ibid. § 5 *ὁ ἐπικελεύσας τὸν μὴ διανοούμενον*. Thucydide dignum fuerit: *ὁ ἐπικωλύσας τὸν μηδὲ διανοούμενον*, quae *ὀξυμώρως* dicta accipiantur. Ad *ἐπικωλύειν* cf. VI 17 § 5. † Ibidem: *οὐ γὰρ μετὰ τῶν κειμένων νόμων ὠφελίας αἱ τοιαῦται ξύνοδοι ἀλλὰ παρὰ τοὺς καθεστῶτας πλεονεξίᾳ*. Conieci: *ὠφέ-*

λεια — πλεονεξία, cl. cap. 95 extr.: οντες γὰρ ὁμοροι — μεγάλη ωφελία (l. ωφέλεια) ἐδοκουν εἶναι κτέ.

Cap. 85 init. Κερκυραῖοι τοιαύταις ὀργαῖς ταῖς πρώταις ἐς ἀλλήλους ἐχρήσαντο. Cl. capitis 82 initio, suspiceris: ἐν τοῖς πρῶτοι, i. e. *primi omnium*.

Cap. 88 extr. Vide adn. ad 25 extr.

Cap. 90 extr. καὶ μετὰ τοῦτ' ἐπελθοντων οἱ Μεσσηνιοι [τῶν τε Ἀθηναίων καὶ τῶν ξυμμαχων] προσέχωρησαν. Manifesto emblemate legitimus verborum ordo turbatur. Quia autem proxime praecesserunt vocabula οἱ δ' Ἀθηναῖοι καὶ οἱ ξύμμαχοι, Genetivus absolutus nullum patitur additamentum.

Cap. 92 med. supple: καλῶς (ἂν) αὐτοῖς ἐδόκει ἡ πολις καθίστασθαι. Prope finem: καὶ ἠρξαντο [κατὰ Θερμοπύλας] κατ' αὐτὸ τὸ στενὸν κτέ. Vereor ne τὸ στενον pepererit additamentum.

Cap. 94 extr. Vide adn. ad II 96

Cap. 95 § 1. ἐδοκουν — ξυστρατεύειν. Lege ξυστρατεύσειν.

Cap. 98 med. ἐς τὴν ὕλην — οθεν διέξοδοι οὐκ ἦσαν. Imo ἔξοδοι. Praepositiones διὰ et ἐξ, ut saepe a scribis confunduntur, ita haud raro aut iunctae reperiuntur, ubi alterutrum genuinum est, aut peccatur in partem contrariam.

Cap. 101 § 2. πρῶτον μὲν [οὖν] τοὺς ὁμόρους. Vocula οὖν rectissime abest a libris deterioribus. Eadem opera IV 104 extr. corrige verba: καὶ ἐβούλετο φθάσαι μαλιστα μὲν [οὖν] τὴν Ἀμφίπολιν κτέ. — In fine capitis deleatur alterum ὁμορους male repetitum.

Cap. 102 § 3. Dele praepositionem vitiose iteratam in his: ἀλλ' ἐς Αἰολίδα τὴν νῦν καλουμένην Καλυδῶνα καὶ Πλευρῶνα καὶ [ἐς] τὰ ταύτῃ χωρία καὶ ἐς Πρόσχιον τῆς Αἰτωλίας. Cf. 98 extr.

† Cap. 104 § 2. τὴν πεντετηρίδα — [τα Ἰηλια]. Byzantinis fortasse utile additamentum, Graecis non item. † Cap. extr. τοὺς μὲν χοροὺς — μεθ' ἱερῶν ἔπεμπον. Malim: ἱερείων.

Cap. 106 § 1. καὶ τῶν ἔξω ληφθέντων συχνοὶ οἰκεῖοι

ἐνδον ἦσαν. Male spreta est ab editoribus lectio Palatini codicis συχνοῖς, quae sola intelligi recte potest 1).

Cap. 109 § 3. τον μισθοφορον ὄχλον [τὸν ξενικον]. Duo ultima vocabula interpretamenti speciem referunt, nec mihi displicet Schaeferi coniectura delentis idem vocabulum loco VIII 25 § 1.

Cap. 111 § 1. οἱ δ' Ἀμπρακιῶται καὶ οἱ ἄλλοι ὅσοι μὲν ἐτύγχανον οὐτως ἀθρόοι ξυνελθόντες ὡς ἔγνωσαν ἀπιόντας, ὡρμησαν καὶ αὐτοὶ κτε. Merito in his haesit Classen, sed infelicissime coniecit: ὅσοι μεμονωμένοι ἐτύγχανον, nec tamen locus ita difficilis est ad emendandum, modo componatur cum initio capitis 113: ἦλθε κηρυξ ἀπὸ τῶν — Ἀμπρακιωτῶν ἀναίρεσιν αἰτησων τῶν νεκρῶν οὓς ἀπέκτειναν [νεκροὺς ἀποκτείνειν nemo potest, quare aut expulso νεκρῶν scripserim τῶν οὓς ἀπέκτειναν, aut simplicius ὧν ἀπέκτειναν, ut ὧν explicitum sit a magistellis per τῶν νεκρῶν οὓς] ὑστερον τῆς πρωτης μαχης, ὁτε μετὰ τῶν Μαντινέων καὶ τῶν ὑποσπόνδων ξυνεξῆσαν ἀσπονδοι. Ad horum verborum lucem facile intelleges loco quem tractamus corrigendum esse: οἱ δ' Ἀμπρακιῶται καὶ οἱ ἄλλοι ὅσοι μὲν ἐτύγχανον τοὐτοις (i. e. Mantineensibus et sociis; cf. cap. init.) ἀθρόοι ξυν(εξ)ελθοντες ὡς ἔγνωσαν ἀπιοντας (Mantineenses cum sociis) ὡρμησαν καὶ αὐτοί, quibus nihil est clarius. Idem error recte castigatus est, licet obnitentibus viris doctis, a Cobeto loco I 3 extr. ταὐτην τὴν στρατείαν ξυνηλθον, ubi rescribi iussit ξυν(εξ)ῆλθον.

Cap. 112 § 1. ἐστὸν δὲ δύο λοφω [ἡ Ἰδομένη] ὑψηλω.

Ib. § 2. καὶ αμ' ὀρθω ἐπιπίπτει τοῖς Ἀμπρακιωταις ἔτι ἐν ταῖς ἑυναῖς καὶ οὐ προῃσθημένοις τὰ γεγενημένα κτέ. Copulam abesse mallem.

Cap. 118 § 2. πλέον ἢ χιλίων. Poetarum loci evincunt Atticos ante numeralia dixisse πλεῖν.

1) Pertinent haec ad hh. IV. Errorem nunc demum animadverto.

IN LIBRO IV.

Cap. 1 § 1. *Μεσσηνην [τὴν ἐν Σικελίᾳ].* De nulla alia Messana h. l. quisquam cogitare potest. — In fine cap. *καὶ ἄλλαι [αἱ] πληρούμεναι κτέ.* Cod. K *αἱ ἄλλαι.* Articulus e dittographia ortus videtur.

Cap. 3 v. fin. Vide ad I 138.

Cap. 4 extr. *τὸ γαρ πλέον τοῦ χωρίου αὐτὸ καρτερὸν ὑπηρχε καὶ οὐδὲν ἔδει τείχους.* At, ut apparet e praegressis, muro quidem opus erat, sed maior pars oppidi quippe natura munita *οὐδὲν ἐδεῖτο τείχους.* Contrarium errorem IV 61 med., ubi male editur *εἰ πῃ δέοιτο τι* pro *δέοι τι*, sustulit Krüger.

† Cap. 5. *ἐν ταῖς Ἀθηναις.* Lege *ἐν τῇ Ἀθηναίων.* Cf. Cobet, Mnem. III p. 387 †. Prope finem post *πλείοσι* dele *ναυσί.*

Cap. 9 § 3 ita tentavit Badham (*Λογ. Ἑρμ.* p. 200): *σφίσι δὲ τοῦ τείχους ταύτῃ ἀσθενεστάτου ὄντος ἐπισπάσεσθαι (η) αὐτοὺς ἡγεῖτο προθυμήσεσθαι.* Locus tamen vel ita correctus et obscurior est et nimia verbositate tam misere languet, ut Thucydidem non agnoscam. Ut dicam quod sentio, valde dubito an genuina sint vocabula *ἐπισπασασθαι — προθυμησεσθαι*, quibus deletis omnia dicta sunt quae dicenda erant. Vide tamen an sufficiat cum Krügero delere *προθυμησεσθαι.*

Cap. 10 § 1. *καὶ ἐκ τούτων ἂν περιγενομενος.* Suspicor ante *καὶ* excidisse *ὡς.*

† Ib. § 3 locus est mutilus, quem sic fere suppleverim: *ὁ μενόντων (μὲν) ἡμῶν ξύμμαχον γίγνεται, ὑποχωρήσασι δὲ (ἐναντίον, ἐκείνοις γὰρ) καίπερ χαλεπὸν ὂν εὐπόρον ἔσται* †.

Cap. 12 § 1. *η ἀσπὶς περιερρύη ἐς την θάλασσαν.* Hinc corrigatur Diodorus XII 62: *η δ' ἀσπὶς περιρρυεῖσα [καὶ πεσοῦσα* dele] *εἰς την θάλατταν κτέ.* † 12 extr. *ἐπὶ πολὺ γὰρ ἐποίει τῆς δοξης.* Conieci: *ἐπῄει τὰ τῆς δοξης late enim pervagabatur opinio.* Cf. II 60 § 1 *τὰ τῆς ὀργῆς.* VII 49 *τὰ τῆς ἐμπειρίας* et ita saepe. Contrario errore II 8 *η*

εὐνοια — ἐποίει perperam *ἐπῄει* est in quibusdam libris. † Ita fere scripsi in An. Crit. p. 6. Hodie servato *ἐποίει* malim: *ἐποίει τὰ τῆς δοξης*, quomodo scholiasta videtur legisse, qui explicat: *ἔρρεπε τὰ τῆς δοξης.* Et *ἐποίει* sensu intransitivo = *vergere* satis tuetur locus II 8.

Cap. 13 p. fin. *οὔτε ἃ διενοήθησαν, φράξαι τοὺς ἔσπλους, ἔτυχον ποιήσαντες.* Lege: *ὁ διενοήθησαν κτέ.*

Cap. 14 extr. *ἔμενον κατὰ χωραν [ἐπὶ τῇ Πύλῳ].* Cf. 26 § 1. Non magis praestiterim cap. 15 in. vocabula *περὶ Πύλον* genuina esse.

Cap. 16 § 2. *σῖτον — τακτον [καὶ] μεμαγμένον.* Male additur copula, quia non *σῖτος* sed *σῖτος μεμαγμένος* dicendus erat *τακτος.* Cf. ad II 4 § 2, III 112 § 2 et mox 19 § 2.

Cap. 17 § 2. *οἱ μὲν βραχεῖς ἀρκῶσι.* Inseratur *ἂν* post *μέν.*

Cap. 18. Badham (*Λογ. Ἑρμ.* l. l.) locum corruptissimum tentat in hunc modum: *σωφρονων δ' ἀνδρῶν οἵτινες τἀγαθὰ ἐτ' ἀμφιβολα ὄντα* (pro *ἐς ἀμφίβολον*: vere, si quid video) *ἀσφαλῶς ἔθεντο, καὶ ταῖς ξυμφοραῖς οἱ αὐτοὶ εὐξυνετωτερον ἂν προσφέροιντο τον τε πολεμον [νομίσωσι] μὴ καθ' ὅσον ἂν τις αὐτοῦ μέρος βούληται μεταχειρίζοιεν,* (pro *μεταχειριζειν*) [*τούτῳ ξυνεῖναι* delet cum cod. Italo] *ἀλλ' ὡς ἂν αἱ τύχαι αὐτων ἡγησωνται.* Pars loci posterior aliquanto lenius et, nisi fallor, probabilius sanari poterit ad hoc exemplum: *σωφρονων δ' ἀνδρων — ἀσφαλως ἔθεντο (καὶ ταῖς ξυμφοραῖς οἱ αὐτοὶ ξυνετωτερον ἂν προσφέροιντο) τον τε πολεμον* (*ην* insere, aut cum Dobreo eam voculam substitue pro *τὸν*) *νομίσωσι μὴ καθ' ὅσον ἂν τις αὐτοῦ μέρος βούληται μεταχειρίζειν (ἂν), ἀλλ' ὡς ἂν αἱ τύχαι αὐτῶν ἡγησωνται.* Possis quoque: *μεταχειριεῖν, ἀλλ' κτε.*

Cap. 19 § 2 locus impeditissimus, quem vide an sic liceat refingere: *νομίζομέν τε τὰς μεγάλας ἐχθρας μαλιστ' ἂν διαλύεσθαι βεβαιως. οὐκ ἦν [ἀντ]ἀμυνομενος τις, [καὶ] ἐπικρατησας τὰ πλείω τον πολέμιον* (pro *τοῦ πολέμου*, ni forte mavis — res enim eodem redit — scribere: *τὰ πλείω τοῦ πολέμου, τὸν ἀντιπολεμον*) *κατ' ἀναγκην ὅρκοις ἐγκατα-*

λαμβάνων μὴ ἀπὸ τοῦ ἴσου ξυμβῇ, ἀλλ' ἦν. λαρον τοῦτο (pro τὸ αὐτὸ cum Poppone) δρᾶσαι, πρὸς τὸ ἐπιεικὲς καὶ ἀρετῇ αὐτὸν (cum libris quibusdam pro αὐτὸ) νικήσας, παρ' ἃ προσεδέχετο μετρίως ἀπαλλαγῇ. In his ἀμυνομένοις debetur Krügero. — Mox praefero Vaticani lectionem ἀνταμύνασθαι, propter oppositum ἀνταποδοῦναι, prae vulgata ἀνταμύνεσθαι.

Cap. 20 § 2 inseratur articulus ante ξυμφοράς. Ib. § 3 ἔξεστιν ὑμῖν φίλους γενέσθαι. Lege φίλοις et cap. extr.: καὶ ἐν τούτῳ τὰ ἐνόντα ἀγαθὰ σκοπεῖτε ὅσα εἰκὸς (ἐνεῖναι· ἡμῶν γὰρ — ἴσθ' ὅτι κτέ. Vulgo intolerabili hiatu editur: ἴστε ὅτι.

Cap. 21 init. οἱ μὲν οὖν Λακεδαιμονιοι τοσαῦτα εἶπον. Adi. τοσοῦτος (τοσοσδε), quod rectissime habet de brevioribus dictis (v. c. II 12 prope fin., III 52 med.), ad *conciones* referri non potest, de quibus usurpatur τοιοῦτος (τοιόσδε, ὧδε) οὗτος (ὅδε), ut innumeri tam Thucydidis quam aliorum scriptorum loci docent. Quare et h. l. et quibusdam aliis, v. c. IV 88, reponendum τοιαῦτα εἶπον. In utroque vocabulo perpetua est in libris confusio, ita tamen ut longe plerisque locis legatur quod verum est. † Ib. med. cap. verba ἀνὴρ — πιθανώτατος (cl. III 36 extr.) scholium esse suspicor. †

Cap. 22 § 1. οἱ δὲ πρὸς μὲν τὴν ἀπόκρισιν οὐδὲν ἀντεῖπον, ξυνέδρους δὲ σφίσιν [ἐκέλευον] ἑλέσθαι. Verbum ἐκέλευον, quod abest a codice Italo, recte omissum videtur. E praegresso ἀντεῖπον commode intelligi posse εἶπον, unde suspensum sit Infinitivus ἑλέσθαι, neminem qui Thucydidem diligenter cognoverit facile latebit. Usus autem verbi λέγειν pro κελεύειν ei est admodum familiaris. Similiter in medio fere capite abesse malim verbum βούλονται, quia post οὐκ ἐθέλουσιν tali supplemento opus non est.

Cap. 23 § 1. [αἱ περὶ Πύλον]. Genuina esse haec verba neque aio nec nego.

Cap. 24 § 1. ἐν τούτῳ δὲ οἱ [ἐν τῇ Σικελίᾳ] Συρακόσιοι. Quasi aliae sint Syracusae quam Siculae! Th. certe scripsisset ἐ. τ. Σ. οἱ Συρακοσιοι. In cod. Italo est ἐν Σικελίᾳ. Post

pauca: τὸν πόλεμον ἐποιοῦντο ἐκ Μεσσηνης. Praepositio ἐκ abest ab Italo et Vaticano. Non tamen dubito quin ἐκ Μεσσήνης sit genuinum. Sed § 3 vereor ne aliena manus sua immiscuerit his: τοῦ τε Ῥηγίου [ἀκρωτηρίου τῆς Ἰταλίας] τῆς τε Μεσσηνης [τῆς Σικελίας] et VI c. 44 ἕως ἀφίκοντο ἐς Ῥήγιον [της Ἰταλίας ἀκρωτήριον]. Nam parum recte ipsa oppida Rhegium et Messana dicuntur promontoria.

† Cap. 25 § 1. ἐς τὰ οἰκεῖα στρατόπεδα [τό τε ἐν τῇ Μεσσήνῃ καὶ ἐν τῷ Ῥηγίῳ]. Graecum saltem foret καὶ τὸ ἐν τῷ Ῥηγίῳ. † Quae fuerint utriusque classis stationes satis notum erat e cap. 24.

Ib. § 2. μίαν ναῦν αὐτοῖς ἀπώλεσαν. Rectissime Poppo, negante Krügero, recepit deteriorum codicum lectionem αὐτοί. Etenim nusquam in toto Thucydide verbum ἀπολλύναι de navibus ponitur pro διαφθείρειν sed semper pro ἀποβάλλειν. Confirmatur quoque ea crisis § 3 verbis ἑτέραν ναῦν ἀπολλύασι. Vocabula τῶν ἀνδρῶν ἀποκολυμβησάντων intelligo de nautis ex nave, quam amittunt Athenienses. Ceterum confitendum est inesse huic rerum expositioni aliquid obscuri, propterea quod inter se pugnare videntur verba ναῦς κενὰς et χειρὶ — ἐπιβληθείσῃ, unde hoc tamen apparere videtur κενὰς non stricto sensu intelligendum esse, sed ad solos classiarios referendum, ut remiges nautasque in iis mansisse putemus. Classiarios non *statim* rediisse ut navibus suis opem ferrent, apparet fere e sequentibus: καὶ μετὰ τοῦτο τῶν Συρακοσίων ἐσβάντων κτέ. — Ib. § 5 cf. ad III 7 § 1.

Cap. 26 § 2. στενοχωρία τ' ἐν ὀλίγῳ στρατοπεδευομένοις ἐγίγνετο. Hic quoque necessarium videtur ἑστρατοπεδευμένοις et supra cap. 23 extr.: Πελοποννησιοι δ' ἐν τῇ ἠπείρῳ ἑστρατοπεδευμένοι pro στρατοπεδευόμενοι. Vide adn. ad I 62 et cf. IV 124 § 2: εὑρόντες ἀντεστρατοπεδευμένους. Utrum verius sit dubito 125 § 2: ἀπωθεν γὰρ πολὺ ἀλλήλων ἐστρατοπεδεύοντο. Nam sensus esse potest: *castra ponere solebant*. — Mox § 4. καὶ μαλιστα [οἱ] Εἵλωτες. Articulus h. l. commodius abesset.

Cap. 29 p. fin. *ὥστε προσπίπτειν ἂν αὐτοὺς ἀπροσδοκήτως ἧ βούλοιτο.* Scribendi mos Thucydideus suadet *ἀπροσδοκήτοις* Cf. II 93 extr., IV 72, VII 29 (cf. 32).

Cap. 30 § 3. recte Kr. verba *τήν τε νῆσον ἐναποβατωτέραν οὖσαν* transponi iussit post *ἐσπίμπλειν*, sed praeterea malim: *τότε ὡς ἐπ' ἀξιοχρέων τοῖς Ἀθηναίοις σπουδὴν ποιεῖσθαι τὴν ἐπιχείρησιν παρεσκευάζετο.* Fortasse tamen servari poterit *τοὺς Ἀθηναίους*.

Cap. 33. *ἢ μᾶλιστ' αὐτοῖς προσθέοντες προσκέοιντο* Malim cum codd. quibusdam *ἐπιθέοντες*.

Cap. 35 extr. praefero cum libris aliquot *ἠμύνοντο* prae *ἠμύναντο*.

† Cap. 36 § 2. *λαβὼν δ' ἃ ἠτήσατο.* Imo vero: *οὓς ἠτήσατο*. Cf. 30 § 3 *ἔχων στρατιὰν ἣν ἠτήσατο*. Interpretes male accipiunt pro *εὑρόμενος ὁ ἠτήσατο*. †

† Cap. 39. *καὶ ἦν σῖτος ἐν τῇ νήσῳ καὶ ἄλλα βρώματα ἐγκατελήφθη.* Scribe *καὶ (μ)ἦν*. Videatur Hoogeveen Doctr. Part. p. 584 sq. † Initio capitis elegantius omitterentur quae uncinis sepsi in hisce verbis: *χρόνος δὲ ὁ ξύμπας ἐγένετο ὅσον οἱ ἄνδρες [οἱ ἐν τῇ νήσῳ] ἐπολιορκήθησαν, ἀπὸ τῆς ναυμαχίας μέχρι τῆς ἐν τῇ νήσῳ μάχης κτέ.*

† Cap. 40 § 1. *ἀλλ' ἔχοντας καὶ μαχομένους ὡς ἐδύναντο.* L. *ἕως*. † Nescio quo errore An. Crit. p. 7 simul comieci *ἀντέχοντας*. Verbum simplex *ἔχοντας* optime scribitur. Supple *ὅπλα* e praegressis. Ultima huius capitis verba *δηλώσει — διεφθείρετο* scholii speciem referunt nec minus illa: *λέγων τὸν οἰστόν*. Cf. IV 79 extr. et V 16 § 5. Thucydidis erat interpretari vocabula barbara (cf. VI 4 § 6), non Graeca, ut opinor.

Cap. 42 § 3 suppleverim: *καὶ (γὰρ) ἐν Ἀμπρακίᾳ κτέ.*

Cap. 43 § 3. *ἔτρεψε τῶν Ἀθηναίων τὸ δέξιον [κέρας]*. Initio capitis et in ipso fine post *Σολύγειαν* dele *κώμην*, petitum e cap. 42. Saepissime autem magistelli adscripserunt *ὄρος*, *ποταμος*, *γῆ*, *χώρα*, *κώμη* alieque eiusmodi additamenta, quae singula iudicare longum est et inutile.

Cap. 44 § 5 expungenda videntur vocabula *οὓς ἐγκατέλιπον* inutiliter repetita e § 4.

† Cap. 45 § 3. *τὸν τῆς Χερσοννήσου ἰσθμὸν — ἐν ᾧ ἡ Μεθωνη ἐστί.* Si genuina sunt vocabula *ἐν — ἐστί*, corrigendum *ἐν ᾗ κτέ.*, quia urbs Methone non in isthmo sita erat sed in ipsa paeninsula. †

Ib. § 3. *καὶ φρούριον καταστησαμενοι.* Scribe *(ἐγ)καταστησάμενοι*. Cf. I 4 *ἡγεμόνας ἐγκαταστήσας*, 115 § 3 *φρουρὰν ἐγκαταλιποντές*. Adde II 6 § 3, 18 § 3, 102, extr. III 1, 51 ext. IV 2 § 1 cett. Itaque I 113 § 1 scribam *φυλακὴν (ἐγ)καταστησαντες* et 132 § 3 *οὐ γὰρ ἐξὴν (ἐν)θαπτειν*. Utrobique, ut et loco quem nunc tractamus, cauda vocabuli praegressi praepositionem absorpsit, idque eo facilius quod in libris antiquissimis scribae exarare solent *ἐγκαταστησαντες*. Similiter I 142 § 2 malim: *φρούριον δ' εἰ (ἐμ)ποιήσονται*, II 19 § 2 et 47 § 2: *καὶ (ἐγ)καθεζόμενοι ἔτεμνον κτέ.*, collatis locis parallelis III 1 et IV 2 § 1. Vel a sequioribus diligenter hic usus observatur.

† Cap. 46 § 1. *ἐν τῳ ὄρει [τῆς Ἰστωνης]*. Corrige solocismum expungendo nomine proprio, quod satis fuit memorare III 85 extr. Cf. IV 2 med. et 48 § 4. † Ib. § 2 mirum est neminem, quod sciam, suspecta habuisse verba *ωστε — τὰς σπονδὰς*, quippe quae in optimis quibusdam codd., velut Italo et Vaticano, desiderentur. Rectissime enim desunt: quia non erat haec, ut arbitror, conditio quaedam his indutiis peculiaris sed tacita et omnibus communis. Scholium est petitum ex initio capitis sequentis: *ὡς δ' ἔπεισαν* (ita lego pro *ἐπείσθησαν*) *καὶ μηχανησαμένων τὸ πλοῖον ἐκπλέοντες ἐληφθησαν, ἐλέλυντο αἱ σπονδαί, καὶ τοῖς Κερκυραίοις παρεδίδοντο* (ita rectius libri deteriores quam *παρεδέδοντο*) *οἱ πάντες.*

Cap. 48 § 1 absurde legitur: *ὡς δ' ἠσθοντο καί τις αὐτοῖς ἐδήλωσε.* Imo vero *ἡ τις — ἐδήλωσε*. Nota est utriusque voculae confusio in MSS. — § 2 *ἀναβαντες δ' ἐπὶ τὸ τέγος [τοῦ οἰκήματος]*. Duo ultima vocabula nondum legit

Eustathius ad Od. α p. 1421. Inepte otiosa sunt post verba vicina ἔκ τε τοῦ οἰκήματος — ἐξιέναι.

Ib. § 3. καὶ [ἐκ del. Kr.] κλινῶν τινων, αἳ ἔτυχον αὐτοῖς ἐνοῦσαι. Malim αὐτοῦ sive αὐτοθι, quod perinde est, quoniam utraque forma promisce Thucydides utitur. Cf. I 104 extr., Arist. Nub. 210 sq.

Ib. § 5. ἵναπερ — ὥρμηντο et cap. 74 § 1 ἵναπερ — ὥρμηντο. E constanti usu Atticorum rescriberem οἵπερ, nisi ipsa haec vitia indicio forent ludificari nos falsarium nescio quem, qui ea verba plane otiosa de suo addiderit. Et in cap. 74 ea res etiam evidentior est propter additum articulum verbis τὴν ἐπὶ Θρᾴκης στρατείαν παρεσκεύαζεν. Eodem sequiorum abusu arguitur vs. manifesto spurius in Aristophanis Pluto 584 ἵνα — ξυναγείρει. Restat tamen apud nostrum tertius locus VI 98 § 2 ἐχώρουν πρὸς τὴν Συκῆν οἱ Ἀθηναῖοι ἵναπερ καθεζόμενοι ἐτείχισαν τὸν κύκλον, ubi similiter ἵναπερ pro οἵπερ legi videtur Krügero. Si me audis, aut ἵναπερ iungendum est cum ἐτείχισαν, aut, quod malim, corrigendum οἵπερ. Facile ex ΑΘΗΝΑΙΟΙΟΙΠΙΕΡ fieri potuit ΑΘΗΝΑΙΟΙΠΕΡ, et deinde Ἀθηναῖοι περ male corrigi in Ἀθηναῖοι (ἵνα)περ.

Cap. 53 extr. τὴν Λακωνικὴν ἧσσον ἐλύπουν ἐκ θαλάσσης, ἥπερ μόνον οἷόν τ' ἦν κακουργεῖσθαι. Imo οἷά τ' ἦν κτέ.

Cap. 54. καὶ εὗρον αὐτοὺς ἐστρατοπεδευμένους. Malim ἐξεστρατοπεδευμένους. Cf. 129 med. Initio capitis numerum δισχιλίοις nimis magnum esse animadvertit Poppo. Latere suspicor τετρακοσίοις (υ′ pro $u_{,}$, nam sic fere in antiquis libris exaratur β′) — ὁπλίτας, quem numerum non esse iusto minorem in decem naves apparet v. c. ex VI 7 med. ναυσὶ τριάκοντα καὶ ἑξακοσίοις ὁπλίταις. Cf. IV 53 init. Ad caput extremum cf. adn. ad III 7 § 1.

Cap. 55 § 2 † ὁπλιτῶν πλῆθος ὡς ἑκασταχόσε ἔδει. Iı. ὅσον. † Mox pro τοῦ ἐπὶ τῇ νήσῳ πάθους pace Herbstii e codd. quibusdam recipiam ἐν, ut constanter ἡ ἐν τῇ νήσῳ ξυμφορὰ a Thuc. memoratur cum alibi tum in hoc ipso capite

§ 4 καὶ ἐδεδίεσαν (l. ἐδέδισαν) μηποτ' αὖθις ξυμφορά τις αὐτοῖς περιτύχῃ οἵα καὶ ἐν τῇ νήσῳ, quae verba adscripsi simul emendaturus. Requiro enim: καὶ ἐδέδισαν μὴ ποτ' αὖθις ξυμφοραῖς περιτύχωσιν, οἵᾳ καὶ ἐν τῇ νήσῳ, deleto pronomine αὐτοῖς cum cod. Vaticano, cuius libri praestantiam pauci sunt qui satis agnoscant. Inaudita est Graecis locutio ξυμφορᾷ περιτυγχάνει τινί, neque αὐτοῖς satis recte scriptum pro σφίσι. † In praegressis male sollicitari πολέμου ταχέος apparet e simili loco VI 45 extr. et Cassio Dione LI 5 § 6. †.

Cap. 56 extr. νεμόμενοι δ' αὐτὴν ἔδοσαν Λακεδαιμόνιοι. Noli coniicere ἐδεδώκεσαν ob II 27 1). Prope initium capitis suspicor: πλῆθει γε (pro τε) ἐλάσσους — εἶναι [καὶ] ἐν τῷ τοιούτῳ, i. e. *quippe singuli in illo rerum statu numero inferiores se esse dicebant*. Cf. cap. praec. extr.

Cap. 57 extr. Τάνταλον δὲ παρὰ τοὺς ἄλλους [τοὺς ἐν τῇ νήσῳ] Λακεδαιμονίους κατέδησαν. Probabilius expungas quam violenter corrigas: τοὺς ἐκ τῆς νήσου.

† Cap. 59 § 2. τί ἂν τις πᾶν τὸ ἐνὸν ἐκλέγων — μακρηγοροίη. Legerim: τὸ ἐνὸν εἰπεῖν λέγων κτέ. † Cap. extr. βουλόμενοι rectissime Ulrichs cum pessimis libris scribit pro βουλευόμενοι. Nulla in talibus est librorum auctoritas.

Cap. 60 § 1. καὶ διαλλακτὰς πολὺ τῶν ἐμῶν λόγων ἀναγκαιοτέρους [περὶ τῶνδε] Ἀθηναίους νομίσαι (scil. χρή). Delcatur scholium ad λόγων. Iterum interpolator interstrepit hisce: ἐπαγομένων [αὐτοὺς] ἄνδρας, οἳ καὶ — ἐπιστρατεύουσι. Cf. I 80 med.: πρὸς δὲ ἀνδρας, οἳ γῆν τε ἐκὰς ἔχουσι κτέ. — In fine εἰκὸς — πειράσασθαι. In deterioribus quibusdam libris est πειρασεσθαι, quod ne quis verum existimet, moneo *semper et ubique* post εἰκὸς ap. Thucydi-

1) Vide Matthiae Gramm. § 497. Male certe supra sollicitavi locum I 90 extr. — Mox e praecepto Cobeti in Mnemos. VII 32 sq. Thucydides scripsisse censendus est Ἀθηναίων ἀκούοντες pro ὑπακούοντες, idemque error castigandus II 62 § 4, III 50 extr., V 34 extr. et alibi

dem — etiam ubi agatur de re futura — sequi Aoristum sine *ἄν*, nusquam Futurum.

Cap. 62 § 1. *η δοκεῖτε κτέ.* Verissime Duker: *ουχ ησυχίαν μᾶλλον η πολεμον τὸ μέν παῦσαι ἀν ἑκατέρῳ τὸ δέ ξυνδιασῶσαι.* Vulgata debetur absurdae coniecturae, quam amplexi sunt editores non videntes neque Graece recte omitti post verbum *δοκεῖν* vocalem *ὅτι* — male enim provocant ad I 3 § 1, sive ibi recte legatur *δοκεῖ δέ μοι*, sive, quod mihi placet, corrigendum sit *δοκεῖν δέ μοι*, ut recte est VIII 64 — neque formas quas nostro obtrudunt *παῦσαι* et *ξυνδιασωσαι* (pro formis in *ειε(ν)*) non esse Thucydideas. Facillime autem sic explicatur corruptela, ut, postquam in *ησυχίᾱ* (i. e. *ησυχίαν*) neglecta esset lineola, *πόλεμον* a correctore in *πόλεμος* mutatum putemus. Pugnant enim pro hac emendatione sequentia: *καὶ — τὴν εἰρηνην.* Ib. § 3 *τιμωρία — εὐέλπι* Dio C. XLIV 27 § 2, ubi h. l. imitatur, in utroque membro habet *διότι*, ut fortasse legit apud Thucydidem.

Cap. 63 init. Fortasse: *καὶ τουλλιπές* (pro *τὸ ἐλλιπές*) *τῆς γνώμης, ὧν ἕκαστοι* (i. e. *singulae civitates*, cf. 64, pro *ἕκαστος τι*) *ωηθημεν πραξειν κτέ.* In sqq. recte habet *ἕκαστος*, quia ibi cogitandum de legatis (cf. c. 58)

† Cap. 63 § 2. Supple *μὴ αμφοτέρωθεν την πολιν φθείρειν* (*ἐᾶν*). † In extremo capite tantum non persuadet mihi Cobet rescribens: *ην δὲ ἀπιστησαντες ἄλλοις ὑπακούσωμεν, ου περὶ τοῦ τιμωρησασθαί τινα, ἀλλὰ κἂν εντυχωμεν* (pro *καὶ ἄγαν εἰ τύχοιμεν*) *φίλοι μέν ἂν τοῖς ἐχθίστοις, διαφοροι δ' οἷς ου χρὴ κατ' ανάγκην γιγνοίμεθα.* Mihi in mentem venerat *ἀλλὰ κἂν εἰ εντυχοῖμεν κτέ.*

Cap. 64 § 2 *τοὺς ἐν τέλει ὀντας* Participium abesse mulim, ut abest I 10, II 10 et III 36. Ubicumque addatur, magistellos in culpa esse suspicor.

Cap. 67 § 2. *Δημοσθένους* [*τοῦ ἑτέρου στρατηγοῦ*]. Cf. cap. 66 med. Mox supple: *ὁθέν επλίνθευον* (*ἐς*) *τὰ τείχη*, quia *πλινθεύειν* significat *πλίνθους πλάσσειν.* † Post pauca, delevis verbis *η φυλακὴ — μηδενός*, cum Krügero scribendum *ἀφανές.* †

Cap. 68 § 4. *ἔφασαν χρῆναι ἀνοίγειν τὰς πύλας καὶ ἐπεξιέναι ες μάχην· ξυνέκειτο δ' αυτοῖς* [*τῶν πυλῶν*] *ανοιχθεισῶν ἐσπίπτειν τοὺς Ἀθηναίους.* Atticae elegantiae est Genetivo absoluto subiectum non addere, ubi sponte e contextu intelligitur. Cf. supra 67 med. *καὶ τότε πρὸς ταῖς πύλαις ηδη ἦν η ὥμαξα καὶ ανοιχθεισῶν κτέ.* Neque agnoscit ea vocabula Suidas i. v. *πράξαντες*. Mox scribam *τὴν νύκτα πορευομενοι παρῆσαν*, nam neque iter facientes *παρεῖναι* poterant, neque ita deinde opus fuerat addere: *καὶ ὀντων ηδη περὶ τὰς πύλας.*

Cap. 70 § 2 supple: *ὡς δ' ἐπύθετο* (*τὸ ὄν*) *κτέ.* Non enim licet ex *αναλωτον*, ut quidam opinantur, mente supplere ipsum contrarium *ἁλῶναι.* Cf. Xenophon in Cyropaedia V 4 § 7.

Cap. 72 § 3. — *ου πολλοὺς — προσελασαντες οἱ Ἀθηναῖοι καὶ ἀποκτείναντες ἐσκύλευσαν.* Rescripto *προσελάσαντας* (Valla *profectos*) dele copulam Eandem suspectam habeo cap. 73 § 4 in verbis: *χρονον δ' ἐπισχοντες* [*καὶ*] *ὡς ουδὲν ἀφ' ἑκατέρων ἐπεχειρεῖτο, ἀπῆλθον πρότεροι* (pro *πρότερον*) *οἱ Ἀθηναῖοι κτέ.* Paucis interpositis recte cod. Italus: *τῶν Ἀθηναίων ουκ* (pro *ουκέτι*) *ἐθελησαντων μάχεσθαι.*

Cap. 73. Locum conclamatum sic tentabam: *τοῖς δὲ ξυμπάσης τῆς δυναμεως ολίγων* (cum Poppone pro *καὶ τῶν*, cl. Schol.) *παρόντων μέρος ἕκαστον κινδυνεύειν εἰκοτως ἔχειν* (pro *ἐθέλειν*) *τολμᾶν.* Loco III 36 similiter iungitur *τολμησασαι παρακινδυνεῦσαι.* Pro *εἶκος εἶναι* recte dici *εἰκότως ἔχειν* non est quod dubitemus. Nunc tamen ut lenius praefero: *τοῖς δὲ* (*ἀντὶ*) *ξυμπάσης τῆς δυναμεως τῶν παρόντων μέρος ἕκαστον κινδυνεύειν, καὶ εἰκοτως ἐθέλειν τολμᾶν.* Felicius quam h. l. Badham (l. l.) tractavit cap. 72 extr. post *ουδέτεροι* probabiliter inserens *γενόμενοι ὑπέρτεροι.*

Cap. 74 § 1. Vide ad 48 extr. Mox necessarium puto: *τῶν πραγματων* (*τῶν*) *πρὸς τοὺς Ἀθηναίους.*

Cap. 75 extr. *διὰ Βιθυνῶν Θρακῶν οἵ εἰσι πέραν [ἐν τῇ Ἀσίᾳ]*. Ludimagistrum redolent verba ultima.

† Cap. 76 § 1 *βουλομένων μεταστῆσαι τὸν κοσμον [καὶ] ἐς δημοκρατίαν [ὥσπερ οἱ Ἀθηναῖοι τρέψαι]*. Debuerat certe: *οἷα ἐστὶν η τῶν Ἀθηναίων* aut simile quid. †

Cap. 80 med. *πολεμίοις* tralaticio errore pro *πολεμικοῖς*, sed longe gravius peccatum a scribis est in verbis praegressis: *ἐπεὶ καὶ τοδ' ἔπραξαν φοβούμενοι αὐτῶν* (Helotarum) *την νεότητα καὶ τὸ πλῆθος*. Diu est ex quo vidi ferri non posse *τὴν νεοτητα*, tandem repperi quod verum est. Codd. variant inter *νεότητα* et *σκαιοτητα*, quae lectiones manu ducunt ad genuinam scripturam *τὴν (γεν)ναιοτητα*, i. e. *τὴν ἀνδρείαν*. *Fortes* erant Helotae et propterea eos metuebant Spartani. Postquam articulus *τὴν* primam syllabam *γεν* propter similitudinem absorpserat, ex *ναιοτητα* alii *νεοτητα* fecerunt, uti vides, alii *σκαιότητα*, modo Graecum esset vocabulum, de sententia securi. Simillime *γέννναιότητα* apud Apollodorum II 3 § 2 abierat in *τε νεότητα*, sed perite Hercher (qui utinam mei meminerit, ut ego illius) restituit scriptoris manum. *Γενναίως* interpretamento *ανδρείως* apud Thuc. cessisse suspicor V 9: *καὶ ὑμεῖς, ὦ ἄνδρες ξύμμαχοι, ἀκολουθησατε ἀνδρείως*. In codice enim, quem olim Parisiis contuli, scribitur *γενναίως* (superscripto m. 2 *γρ. ἀνδρείως*) quae lectio propter praegressum *ἀνδρες* altera aliquanto est probabilior. Ex utraque in cod. Leidensi natum est monstrum scripturae *γενδρείως*. — Cap. 80 § 2 supplendum: *οἵπερ καὶ ἠξίωσαν πρῶτος (αυτὸς) ἕκαστος ἐλευθεροῦσθαι*. Cf. adn. ad II 65 § 6.

Cap. 81 med. *ἀνταπόδοσιν καὶ ἀποδοχην*. Rei ratio postulat: *καὶ (ἀντ)αποδοχήν*.

† Cap. 83 § 2. *ὥστ' ἐκ τοὐ τοιούτου κοινῇ μᾶλλον ὁ Βρασίδας τὰ τοῦ Ἀρριβαίου ἠξίου πρασσειν*. An *κοινῶς*, i. e. *sine studio*? Cf. Dio C. XLV, 44 § 2. † Alterum certe eo sensu usurpari non memini.

Cap. 85 § 1. *η μὲν ἔκπεμψις — γεγένηται τὴν αἰτίαν*

ἐπαληθεύουσα. Verte: *facta est eo consilio ut sqq*. Quare reponendum *ἐπαληθεύσουσα*. Ib. § 3. *καὶ τὴν αἰτίαν οὐχ ἑξω πιστὴν ἀποδεικνύναι, ἀλλ' η ἀδικον τὴν ἐλευθερίαν ἐπιφέρειν η ἀσθενῆς καὶ ἀδύνατος τιμωρῆσαι τὰ πρὸς Ἀθηναίους, ην ἐπίωσιν, ἀφῖχθαι*. Desideratur verbum unde suspensi sint Infinitivi *ἐπιφέρειν* et *ἀφῖχθαι*, quoniam vix licet e praegressis cogitatione repetere *ἀλλ'* (*ἑξω την αἰτίαν*) i. e. *sed accusabor*, quia illic *ἑξω* ponitur alio sensu, sc. pro *δυνησομαι*. Melius sane in apodosi post *ἐλευθερίαν* Thuc. inseruisset verbum *δοξω*, quod cum Krügero subintelligi prorsus nequit. Utrum stili vitiositas h. l. imputanda sit ipsi auctori an librariis, non definio; vitiose ita scribi nemo mihi eripiet. — Quae verba hiulca simul et interpolata sequuntur corrigenda puto ad hoc exemplum: *καίτοι* (ins. *τῇ*) *στρατιᾷ γε τηδ' [ἡν νὺν ἐγὼ ἔχω] ἐπὶ Νίσαιαν ἐμοῦ βοηθησαντος οὐκ ἠθέλησαν Ἀθηναῖοι ἀλέονες* (l. *ἀλείους*) *ὀντες προσμῖξαι, ὥστε οὐκ εἰκὸς νῦν γε αὐτους* (στολῳ insero) *τῶ ἐν Νισαίᾳ στρατῳ ὧων πλῆθος ἐφ' ἡμᾶς ἀποστεῖλαι*. Verba *ην — ἔχω*, in quibus mire variant codices, continere pronominis *τῆδε* interpretamentum habeo persuasissimum. Articulum quem post *καίτοι* restitui qua causa exciderit nemini erit obscurum.

Cap. 86 med. *ἀν σαφῆ* pro *ασαφῆ* certa est et evidens, si qua alia, emendatio, quam dudum receptam esse oportuit, sed vix minus evidenter corrigi poterunt, quae absque vitii suspicione depravata leguntur § 4: *οἷς τε τοὺς Ἀθηναίους ἐγκλήμασι καταπολιμοῦμεν, αὐτοὶ ἂν φαινοίμεθα ἐχθίονα* (l. *ἐχθίω*) *η ο μη ὑποδείξας ἀρετὴν κατακτωμενοι*. Ad *ἐχθίονα* interpretes ex *ἐγκλήμασι* supplent *ἐγκλήματα*, non cogitantes absurde dici et nihil significare *ἐγκλήματα* (eaque *ἐχθίονα*) *κατακτᾶσθαι*. Collata autem praegressa periodo: *χαλεπωτέρα γὰρ ἂν τις ἀλλοφύλου ἀρχῆς εἴη κτέ.*, nihil est certius quam post *ἀρετὴν* excidisse *ἀρχὴν*, vocabulum illi tam simile, ut saepissime cum eo a scribis permutatum sit. Optime autem dici *ἐχθίω — ἀρχὴν κατακτᾶσθαι* quis Graeci sermonis gnarus ignorat? Loco ita correcto, *μακρὰ χαίρειν φράζο-*

μεν Scholiastae commento, quod sequuntur interpretes: οἷς ἡγοῦν ἐφ' οἷς. Dativum enim esse instrumentalem apertum est = τοῖς ἐγκλημασιν ἐφ' οἷς.

Cap. 87 initio compares Dio C. XLIV 38 § 1. Violentissime Badham (l. l.) et iusto obscurius locum corruptum § 1 sic refingit: εὖνοι δ' ὄντες ἀξιώσετε μὴ κακουμένοις ἡμῖν φαίνεσθαι τὴν ἐλευθερίαν μὴ ἀκίνδυνον (οἰ σαν). Tam a sententia quam lenitate remedii magis se commendabit haec lectio: εὖνοι δ' ὄντες ἀξιωσετε μὴ κακούμενοι διωθεῖσθαι (dele καὶ) τὴν ἐλευθερίαν, (ην insere) μὴ ακίνδυνον ὑμῖν φαίνεσθαι, δίκαιον τ' εἶναι κτέ., in quibus nulla litera mutata neque ullum vocabulum transpositum est. Ad infinitivum post relativum cf. 98 § 3.

† Cap. 90 init. Δήλιον — [τὸ ἱερὸν τοῦ Ἀπόλλωνος]. Ipso loco, qui legitur alienissimo damnatur additamentum. Petitum e cap. 76. †

Cap. 92 § 2. καὶ εἰσὶ δηπου πολέμιοι ἐν ᾧ τε ἂν χωρίῳ καταληφθῶσι [καὶ] οθεν επελθοντες πολέμια ἐδρασαν. Correcto ὅτῳ pro ᾧ τε sponte excidet copula, quam, ut vocula τε haberet quod sibi responderet, corrector nescio quis parum curans pravam syntaxin de suo addidit. Eandem male repetitam deleverim § 3, inserta simul vocula οτι cum Reiskio: καὶ πρὸς τούτους γε δὴ οἱ [καὶ] μη οτι τοις ἐγγὺς ἀλλὰ καὶ τοὺς ἄποθεν (l. ἄπωθεν) πειρωνται δουλοῦσθαι. — Ib. § 7. οὗ τὸ ἱερὸν ανομως τειχίσαντες νέμονται. Vide an satis defendatur haec lectio (capite 97) verbis: παραβαίνοντες τὰ νόμιμα τῶν Ἑλλήνων et (cap. 98) παρανομίαν — ονομασθῆναι, nam est ubi parum aut nihil intersit ανόμως inter et παρανομως. Sin minus, aut ανοσίως conici potest aut παρανομως. Sed mutatione opus non esse videtur.

Cap. 93 § 1. ἐπεὶ δὲ προσέμιξεν. In optimis libris est καὶ ἐπεὶ δέ, unde fortasse legendum: καὶ επειδή. Sed maioris momenti est emendatio verborum sequentium: ἐγγὺς τοῦ στρατεύματος αὐτων ἐς χωρίον καθῖσας οθεν λόφου ὀντος μεταξὺ ουκ ἐθεωρουν ἀλλήλους. Verbo θεωρεῖν pro ὁρᾶν

quia sequiores tantum utuntur, punctum temporis non dubito, quin lenissima mutatione hic rescribendum sit: ου καθεώρων (ουκέθ' ἑωρων, de quo antehac cogitabam, num sententia admittit?) ἀλλήλους. Cf. VIII 104 extr. ωστε — μὴ κατοπτα εἶναι. — Ib. § 2. ὡς [αὐτω] ηγγέλθη recte Krüger (cf. meae Exercit. Criticae p. 151), sed idem pronomen deleverim mox quoque εἴ τις ἐπίοι [αὐτω], in qua formula ἐπιέναι absolute solet usurpari.

Cap. 94 § 2. Una litura dele verba: ατε πανστρατιᾶς ξένων τῶν παρόντων καὶ αὐτῶν γενομένης, quae adscripsit olim nescio quis memor eorum quae Th. narraverat cap. 90 § 1. Raro tanta sermonis scabritie sese prodidit emblema. Ignorant enim boni scriptores substantivum πανστρατια. excepto Dativo, qui adverbii vice fungitur. Et quam inepte additur istud παρόντων! — Ad verba extrema vide adn. ad II 86 extr.

Cap. 95 § 2. χωρισετε — ἐς αὐτούς. Imo ἐπ' αὐτούς.

Cap. 98. Nisi me fallit opinio, depravata sunt ultima verba huius capitis, quae sic corrigenda videntur: σαφῶς τ' ἐκέλευον σφίσιν ἐπιτρέπειν (pro εἰπεῖν) μὴ απιοῦσιν ἐκ τῆς Βοιωτων γῆς — ἀλλὰ κατὰ τὰ πατρια τοὺς νεκροὺς [σπένδουσιν] ἀναιρεῖσθαι. Participium σπένδουσιν (debuerat eius auctor σπεισαμένοις aut ὑποσπόνδους) interpretandi causa adscriptum videtur ad κατὰ τὰ πατρια. Ad corruptelam verbi ἐπιτρέπειν compares locum VIII 67 § 2, ubi pro ανειπεῖν multi codd. exhibent ανατρέπειν. Verum esse εἰπεῖν primus agnovit Cobet.

Cap. 99 extr. απιοντας [καὶ] απολαβεῖν. Incredibile dictu est quam saepe ista vocula in veterum scriptis interpolata sit. Cf. ad II 4 § 2, IV 92 § 2 et § 3. Hic recte haberet, si scriptum esset απελθεῖν. Recte abest a capitis initio: απιοντας — αποφέρεσθαι.

Cap. 103 extr. απροσδοκητος προσπεσων. Thucydideo scribendi mori magis congrueret: απροσδοκητοις επιπεσων. Et επιπεσών cod. meus Paris. habet revera a 2 man. scriptum supra προσπεσων. Cf. II 93 extr., IV 72, VII 29, VII 32.

Cap. 105 § 1. πυνθανομενος τον Θουκυδίδην κτήσίν τε

ἔχειν τῶν χρυσείων [μεταλλων] ἐργασίας ἐν τῇ πέρι ταῦτα Θράκῃ κτέ. Veterum usu teruntur ἀργυρεῖα et χρυσεῖα pro *auri-* et *argenti-fodinis*. Gracculi saepe adscripserunt ἔργα aut μέταλλα, quae textui illata nimis patienter ferunt editores. Eodem emblemate liberandi sunt loci II 55 et VI 91 prope finem.

Ibidem § 1. Ἀμφιπολιτῶν καὶ Ἀθηναίων τῶν ἐνοντων τὸν μὲν βουλομενον ἐπὶ τοῖς ἑαυτοῦ της ἴσης καὶ ὁμοίας μετέχοντα μένειν, τὸν δὲ μὴ [ἐθέλοντα] ἀπιέναι τὰ ἑαυτοῦ ἐκφερομενον πέντε ἡμερῶν. Orationis fulcro ἐθέλοντα melius carebimus. Sed insuper de vitio suspectum mihi est ἐνοντων, quod satis proprium non est de iis, qui in urbe aliqua habitare dicendi sunt, sed potius usurpatur de eo, qui alicubi aliquantisper commoratur. Longe igitur malim ἐνοικούντων, ut recte scriptum est cap. 124 § 1 et alibi. Ἐνεῖναι optime habet I 67 § 1 et III 34. Loco VI 50 (ἐνῆσαν γὰρ αὐτόθι ἄνδρες τὰ Συρακοσίων βουλομενοι) sermo quidem est de oppidi incolis, sed ita diuersa est eius loci ratio, ut ne satis quidem aptum ibi esset ἐνῳκησαν. Sentiuntur talia melius quam demonstrantur.

Cap. 106 § 1. καὶ τῶν ἔξω ληφθέντων σύχνοι οἰκεῖοι ἐνδον ἦσαν. Unice recte Palatinus συχνοῖς.

Cap. 108 § 4. ὡς αὐτω ἐπὶ Νίσαιαν τῇ ἑαυτοῦ μονῃ στρατιᾷ οὐκ ἠθέλησαν οἱ Ἀθηναῖοι ξυμβαλεῖν. Recte improbatur Dukeri coniectura Νισαίᾳ. Nam ex additis illis τῇ ἑαυτοῦ στρατιᾷ liquido constare puto excidisse post Νίσαιαν participium βοηθησαντι. Cf. locus similis 85 extr.: ἐπὶ Νίσαιαν ἐμοῦ βοηθησαντος. Cum Poppone illud non scriptum intelligere nulla nos patitur grammatica.

† Cap. 109 § 2. Σάνην — ἐς τὸ πρὸς Εὔβοιαν πέλαγος τετραμμένην. Topothesia non minus ridicula quam si dicas v. c. Cymen Euboeae oppidum spectare mare Icarium. Sub Εὔβοιαν aliud nomen latere certum est. Geographia suadet Σιθονίαν, ut intelligatur sinus Singiticus. † Cap. extr. Σάνη δὲ καὶ Δῖον ἀντέστη. Possis ἀντέστησαν, sed lenius for-

tasse corrigendum ἀντέστητῆ, i. e. ἀντεστητην. Diversi generis est quod legitur V 80 init.

Cap. 112 extr. εὐθὺς [ανω καὶ] ἐπὶ τὰ μετέωρα τῆς τολεως ετραπετο. † Cap. med. τω τείχει πεπτωκοτι καὶ οἰκοδομουμένῳ. L. καινοικοδομουμένῳ. † Cf. v. c. I 89 § 3, ubi pro ἀνοικοδομεῖν in Lugdunensi perperam est verbum simplex.

Cap. 113 § 1. οἱ δὲ πραξοντες καὶ οἷς ταυτα ηρεσκε. Imo ταυτά (sc. τοῖς πράσσουσιν).

Extr. cap. κατέφυγον δὲ καὶ των Τορωναιων ἐς αὐτούς. Malim ἐς αὐτο, sc. τὸ φρούριον: nam κατέφυγον παρ' Ἀθηναίους (cf. 114 § 1 et § 4) ἐς το φρούριον, non vero ἐς Ἀθηναίους.

Cap. 115 init. Cf. ad II 86 extr. Cap. 116 Ἀθηνας. Vide ad II 15 med.

Cap. 117 § 1. νομισαντες — καὶ ξυμβηναι τα πλειω. L. καὶ. Mox § 2 ὡς ἐτι Βρασιδας ευτύχει. Veram lectionem ἑως servat Scholiasta ad Ar. Pac. 487. Cf. Cobet ad Hyper. p. 51.

Cap. 118 init. Recte Kr. verba: τοῖς μὲν Λακεδαιμονίοις — προσκηρυκευομένοις transponi iussit ante verba περὶ μεν τοὺ ἱερου κτε. Quo facto, simul in his verbis deleatur emblema δοκεῖ ἡμὶν, loco iam depravato insertum ab interpretibus. — Ib. § 8, cf ad II 7 § 1. — Ib. § 19. Forsitan: πρῶτον περὶ της εἰρηνης βουλεύσασθαι Ἀθηναιους καθ' οτι ἂν εἴη (pro ἐσίη) η πρεσβεία [περὶ της καταλύσεως τοῦ πολέμου].

Cap. 122 extr. Κλέωνος γνωμη [πεισθέντες]. Participium neque lectum a Valla neque in hac formula usitatum. Cf. III 50. Male Kr. obmovet locum i 78 § 1, qui est toto coelo diversus.

Cap. 123 § 1. Μενδη αφίσταται αὐτῶν, πολις ἐν τῇ Παλλήνῃ, Ἐρετριων ἀποικία. Plura apposita Graece iunguntur per voculam δέ, quare scripserim: Ἐρετριων (δ') ἀποικία. — Ib. § 2 suspicor: διο καὶ οἱ Μενδαιοι μαλλοι ετολμησαν, την τε [του om. codd. Ir. et Vat.] Βρασιδου γνωμην ορῶντες ετοιμην, τεκμαιρομενοι καὶ απο της Σκιωνης οτι οὐ προυδίδου, καὶ αμα τῶν πρασσόντων αφισιν ολίγων [τε] οντων καὶ ὡς

τότε ὁ (pro καὶ ὡς τότε) ἐμέλλησαν οὐκέτι ἀνέντων, ἀλλὰ περὶ σφίσιν αὐτοῖς φοβουμένων [τὸ κατάδηλον del. Kr.] [καὶ] καταβιασαμένων παρὰ γνώμην τοὺς πολλούς. Verto: *et simul quia proditores numero quamvis pauci essent nihilominus tunc propositum suum non amplius segniter agitaverant, sed sibi ipsis metuentes plebem praeter opinionem vi superaverant.*

Cap. 125 § 2. Βρασίδας δὲ ἅμα τῇ ἑῷ ὡς εἶδε τοὺς Μακέδονας προκεχωρηκότας. Qui, ut h. l. Macedones, καταστάντες ἐς — φυγὴν χωροῦσιν ἐπ' οἴκου (cf. § 1) male dicuntur προχωρεῖν, quocirca reponendum duco προανακεχωρηκότας. Ita demum recte sequitur: καὶ αὐτὸς — διενοεῖτο ἀναχωρεῖν. Cf. 128 § 3 ὀργιζόμενοι — τῇ προαναχωρήσει τῶν Μακεδόνων. † Ibidem ξυναγαγὼν καὶ αὐτὸς ἐς τετράγωνον τάξιν τοὺς ὁπλίτας. Scripsit Thucydides, quod veteres in ea re constanter dicunt, ἐς πλαίσιον, cuius lectionis vulgatam interpretamentum esse noli dubitare. Cf. VI 67 ibique adn. Scholiastae: ἐν πλαισίῳ] ἐν τετραγώνῳ σχήματι [1]. † Ita loco VI 22 Pierson ad Moer. p. 219 pro τεφρυγμένας κριθὰς nostro reddidit κάχρυς. Cf. eius Praefat. p. XXXII.

Cap. 126 § 2 l. πολεμικὰ pro τολέμια — § 4. Quod coniectum est τῷ ἀηθεῖ pro πλήθει ferri possit, si simul scribatur (τῆς) ὄψεως. Cf. Dio C. XLII 27 § 1 ὄψις — ἀηθής. Lenius tamen corrigas: ἀηθείᾳ ὄψεως. Cf. VI 31 extr. τόλμης τε θάμβει καὶ ὄψεως λαμπρότητι. Ib. § 6 κόσμῳ [καὶ τάξει] αὖθις ὑπαγαγόντες. Apud Thucydidem et antiquiores κόσμος saepe nihil aliud significat quam τάξις.

Cap. 127 § 2. L. τῶν (μὲν) μετὰ Βρασίδου Ἑλλήνων κτέ.

Cap. 128 extr. τῶν δ' ἀναγκαίων ξυμφόρων διαναστάς. An διαστάς?

Cap. 129 § 3 ἐχώρουν ἐς τοὺς Μενδαίους. l. ἐπί. † Ib. § 4 καὶ ἐς ὀλίγον ἀφίκετο — νικηθῆναι. Praep. ἐς non

1) Librariis ignotum vocabulum (sic apparet quoque e loco VII 78) ibi proverbis ἐν πλαισίῳ in multis codd. legitur ἐν διπλασίῳ

agnoscunt codd. *HN*. Legendum παρ' ὀλίγον. *Parum abfuit quin.* Cf. III 49, 79 VII 71, VIII 76. †

† Cap. 130 § 3 καὶ τινὸς αὐτῷ τῶν [ἀπὸ del. Kr.] τοῦ δήμου ἀντείποντος — καὶ ὡς ἀντεῖπεν ἐπισπασθέντος — καὶ θορυβηθέντος. Imo θορυβήσαντος, i. e. *quum tumultum excitasset.* †

Cap. 132 καὶ τῶν ἡβώντων [αὐτῶν] παρανόμως ἄνδρας ἐξῆγον ἐκ Σπάρτης. Pronomine, quod h. l. melius abest, aegre caremus post verba praegressa: διεκώλυσε τὸ στράτευμα καὶ τὴν παρασκευήν. Quare illuc transponendum videtur. — In extremo capite requiro καθίστασιν (pro καθίστησιν) scil. Ischagoras et Aminias et Aristeus; nullo enim iure interpretes ad καθίστησιν solum cogitant Ischagoram.

Cap. 133 § 2 καὶ ἡ [Χρυσὶς] μὲν — ἔτη δὲ ἡ Χρυσὶς τοῦ πολέμου τοῦδε ἐπέλαβεν ὀκτὼ καὶ ἐνάτου ἐκ μέσου † ὅτε ἐπεφεύγει. L. ὅτ' ἔφυγε, ni potius utrumque vocabulum expungendum. †

Cap. 135 § 1 κλίμακα προσθεὶς. Licet ita iam legerit Scholiasta, ut apparet e scholio: ἡ προσθέσις] τῆς κλίμακος, tamen Thucydidem κλίμακας dedisse arbitror; nam in re quae hic narratur nimis ineptus est numerus singularis.

IN LIBRO V.

Cap. 2 § 1 τὸν Κολοφωνίων λιμένα. Pluygersio debemus τὸν Κωφὸν λιμένα, quem tam diu criticos latuisse permirum est. Ib. § 3 ναῦς δὲ περιέπεμψε δέκα ἐς τὸν λιμένα [περιπλεῖν]. Ultimum vocabulum abesse malim. Paullo diversus est locus VI c. 50 δέκα δὲ τῶν νεῶν προὔπεμψαν ἐς τὸν μέγαν λιμένα [πλεῦσαί τε καὶ] κατασκέψασθαι, et tamen ibi quoque verba inclusa magis sapiunt magistellos quam historicum. Cf. VII 9, 17, 20. Mox cap. 3 § 1 ambigo utrum leniter corrigendum sit: καὶ αἱ νῆες ἅμα περιέπλεον (αἱ) ἐς τὸν λιμένα περιπεμφθεῖσαι, an potius vocabula ἐς — πε-

ριπεμφθεῖσαι (aut certe hoc participium) tribuenda sint interpretibus.

† Cap. 6 § 1 deleantur duo additamenta *Ἀνδρῶν ἀποικία* et *τὴν Θασίων ἀποικίαν*, quorum illud e IV 88 extr., hoc e IV 107 huc adscriptum est. † Posterius insuper arguitur articulo male apposito — † Ib. § 5 requiro: *τὸ δ' ὁπλιτικὸν ξύμπαν ηθροιστο* (pro *ηθροίσθη*), ut recte sequitur *ἐτετάχατο*. †

Cap. 7 § 1. *ἔπειτα ηναγκάσθη [ποιῆσαι] ὅπερ ὁ Βρασίδας προσεδέχετο*. Egregie cod. Italus, quod criticos latuisse impense miror, omittit manifestum interpretamentum. Rectissime enim dici *ἀναγκάζεσθαί τι* optimorum scriptorum exemplis abunde constat, quae exempla quodvis lexicon tironibus suppeditabit. Male contra, nisi fallor, idem verbum *μεμονωται* medio fere capite: *ουχ ως τω ασφαλεῖ, ην αναγκαζηται, περισχησων*, quae iusto obscurius dicta sunt, nisi statuamus post *ἀναγκάζηται* propter ductuum similitudinem excidisse verbum *ἀγωνίζεσθαι*

Cap. 9 § 1 *την δ' ἐπιχείρησιν ᾧ τρόπῳ διανοοῦμαι ποιεῖσθαι διδάσκω ἵνα μὴ το τε κατ' ολίγον καὶ μὴ απαντας κινδυνεύειν ἐνδεὲς φαινομενον ἀτολμίαν παράσχῃ*. In optimis codd. legitur *τω τε*, in qua scriptura delitescit, quod unice h. l. convenit: *ἵνα μη τῳ τὸ κατ' ολίγον — κινδυνεύειν — ἀτολμίαν παράσχῃ*. Non enim sufficit neque quod Reiske proposuit *το γε*. neque quod Bekker et Krüger ediderunt *τό*, deleta vocula *τε* cum libris quibusdam pessimae notae [1]).
Vitiosa syntaxi laborant § 2 haec: *τοὺς γὰρ ἐναντίους εἰκαζω καταφρονησει τε ημῶν καὶ ουκ ἂν ἐλπίσαντας ως [ἂν] ἐπεξέλθοι τις αυτοῖς ἐς μαχην κτέ*. Non intellexit is, qui male repetivit particulum *αν*, solere Graecos cum voculam, quamvis pertineat ad sequentia, ponere inter negationem et verbum, unde illa suspensa sint. Sic cap. 8 extr. recte scribitur v. c.: *ουκ ἂν νομίζων αὐτους ὁμοιως ἀτολμβεῖν αὖθις μεμονωμέ-*

1) His iam prelo subtrectis, video in eandem emendationem incidisse Poppoëum.

νους. — Acutissime Krüger intellexit § 4 e verbo *ξυνταχθῆναι* literam *χ* eximendam esse. Ibidem primo obtutu dubites de sinceritate verborum: *ἀπὸ τοῦ προφανοῦς μᾶλλον καὶ ἀντιπαραταχθέντος ἢ ἐκ τοῦ πρὸς τὸ παρὸν ξυμφέροντος κτέ*. At legimus: I 36 § 1 *τὸ μὲν δεδιὸς — τὸ δὲ θαρσοῦν* (i. e. *τὸ δεδιέναι — τὸ θαρσεῖν*), I 142 § 4 *ἐν τῷ μὴ μελετῶντι* (i. e. *μελετᾶν*), II 63 § 1 *τῷ τιμωμένῳ* (i. e. *τῷ τιμᾶσθαι*), V 9 (mox) *τοῦ ὑπαπιέναι πλέον ἢ τοῦ μένοντος* (i. e. *τοῦ μένειν*), V 102 *μετὰ τοῦ δρωμένου* (i. e. *τοῦ δρᾶσθαι*). Ad quorum locorum exemplum *ἀπὸ τοῦ ἀντιπαραταχθέντος* dictum esse potest pro *ἀπὸ τοῦ ἀντιπαραταχθῆναι* (i. e. *ἐξ ἀντιπαρατάξεως*). In alio quovis scriptore suspiceris: *οστις δὲ τὰς τοιαύτας ἁμαρτίας τῶν ἐναντίων κάλλιστ' ἰδὼν καὶ ἅμα πρὸς τὴν ἑαυτοῦ δύναμιν τὴν ἐπιχείρησιν ποιεῖται μὴ ἀπὸ τοῦ προφανοῦς μᾶλλον καὶ ἀντιπαραταχθεὶς ἢ ἐκ τοῦ πρὸς τὸ παρὸν ξυμφέροντος, πλεῖστ' ἂν ορθοῖτο*. Etenim non intellectum Nominativum inter duos Genetivos *προφανοῦς* et *ξυμφέροντος* a sciolo in Genetivum mutatum esse non foret quod magnopere miraremur. Attamen apud nostrum propter scribendi usum modo memoratum satius fuerit a durissima locutione abstinere manum. — Ib. § 5 *ἐλπὶς γὰρ μάλιστα* (l. *μάλιστ' ἂν*) *αυτοὺς οιτω φοβηθῆναι* Fortasse non spernenda est lectio codd. deteriorum *LOP θορυβηθῆναι* pro *φοβηθῆναι*. Alterum verbum non est alterius glossema — neutrum enim non est scribis notissimum — sed *ΘΟΡΥΒΗΘΗΝΑΙ* et *ΦΟΒΗΘΗΝΑΙ* facile mera corruptela unum ex altero nasci potuerunt, facilius vero duabus literis elapsis hoc ex illo, quam ratione inversa. Insuper *θορυβηθῆναι* hic et per se paullo aptius videtur — licet alterum non sit ineptum — et ideo praeferendum, quod sic, quae res nostro ut bonis scriptoribus omnibus cordi est, magis variatur oratio. Cf. VIII 96 § 1 et § 2. Praegressa enim modo sunt verba: *καὶ κατὰ το εἰκὸς φοβοῦντα αυτούς*. Ad *θορυβηθῆναι* cf. mox cap. 10 § 7 *ξυνέβη — θορυβηθῆναι*. — Magistellis sua reddiderim in ipsis verbis sequentibus: *τὸ γὰρ ἐτιον ὑστερον δεινοτερον τοῖς πολιμίοις τοῦ παρον-*

τος [καὶ μαχομένου], quae vocabula non tantum addita exstinguunt lumen orationis sed etiam subabsurda sunt, ita adiecta, quasi τὸ ἔτιον ὕστερον non veniret animo hostili. Ipse sane Thuc., si sua essent, scripsisset: καὶ μαχομένου ἤδη. — Ad verba vicina καὶ ὑμεῖς — ἀνδρείως vide quae supra annotavi. In iis, quae statim subsequuntur, utique recipienda, quam editores spreverunt, Stobaei lectio: καὶ νομίσατε (τρία) εἶναι τοῦ καλῶς πολεμεῖν τὸ ἐθέλειν καὶ τὸ αἰσχύνεσθαι καὶ (τὸ) τοῖς ἄρχουσι πείθεσθαι, inserto de meo articulo, qui ante τοῖς proclivi errore elapsus est. Numerale in huiusmodi sententiis a Graecis addi solet, neque Thucydides hac in re a reliquorum usu discedit. I 74 § 1 τρία τὰ ὠφελιμώτατα ἐς αὐτὸ παρεσχόμεθα, ἀριθμόν τε νεῶν πλεῖστον καὶ ἄνδρα στρατηγὸν ξυνετώτατον καὶ προθυμίαν ἀοκνοτάτην. Cf. I 122 pr. fin. τριῶν τῶν μεγίστων ξυμφορῶν ἀπήλλακται ἀξυνεσίας ἢ μαλακίας ἢ ἀμελείας. Adde III 40 § 1, 66 § 2 et IV, 64 extr. Fieri igitur potest ut non aliter scripserit Thuc. I 76 med.: ὑπὸ (τριῶν) τῶν μεγίστων νικηθέντες, τιμῆς καὶ δέους καὶ ὠφελείας. Cf. etiam III 42 § 1. Pergit orator: καὶ τῇδε ὑμῖν τῇ ἡμέρᾳ ἢ ἀγαθοῖς γενομένοις ἐλευθερίαν τε ὑπάρχειν κτέ., ubi constans Graecorum usus postulat: ἢ (ἀνδράσιν) ἀγαθοῖς γενομένοις, ut rectissime legitur in praegressis: καὶ αὐτός τε ἀνὴρ ἀγαθὸς γίγνου κτέ. [1].

Cap. 10 init. Vide adn. ad IV 21 § 2 absurde scribitur: ἵππων τε πόδες πολλοὶ — ὑποφαίνονται. Elegantem mecum emendationem communicavit Naber ὁ πόδος πολλὴ — ὑποφαίνεται, qua plane solvitur loci difficultas. † Ib. § 5 οἷς γὰρ — τοὺς ἐπιόντας. Redolent haec verba interpretem. Ad rem cf. Liv. IV 37 § 10. †

Cap. 16 § 6 διὰ τὴν ἐκ τῆς Ἀττικῆς ποτε μετὰ δώρων [δοκοῦσαν] ἀναχώρησιν. Graece sic dici nequit pro ἐ. μ. δ.

1) Apud Xenoph. Cyrop. VII 1 § 11: εἶπεν· ὦ ἄνδρες — κτήσασθαι. Ἀλλ' ὦ ἄνδρες ἀγαθοὶ γενώμεθα κτέ. [illegible] perperam repetita. Cf. § 12 § 32 § 41 (etc.). Apud nostrum [illegible] ἀνδρῶν inseratur IV 92 § 6.

δοκοῦσαν γενέσθαι ἀ. Ad quem vero locum provocant III 10, cum alia de causa correxi, neque si sanus esset huicce ex mea quidem sententia praesidio foret. Nisi autem egregie fallor, aliquot codicum lectio δώρων δοκοῦσαν ἕως comparata cum plurimorum librorum scriptura δώρων δόκησιν tantum non digito demonstrat in archetypo quondam locum sic scriptum fuisse: διὰ τὴν ἐκ τῆς Ἀττικῆς ποτε μετὰ δωροδοκήσεως δώρων ἀναχώρησιν, superscripto glossae glossemate, cuius reliquiae hodie iuxta genuinum vocabulum leguntur in editionibus, unde eas quo citius eo melius expungemus [1].

Cap. 18 § 2 interpres sua infersit, de quibus vide adn. ad II 7 § 1 et cf. scholium ad prima vocabula capitis 22: οἱ δὲ ξύμμαχοι] τῶν Λακεδαιμονίων. Vetusta esse haec interpretamenta apparet e recto usu articuli, nam recentior scholiasta procul dubio scripsisset τῶν Ἀθ. et τῶν Λακ., quod exhibent libri quidam pessimae notae. — Initio huius capitis verba: περὶ μὲν τῶν ἱερῶν τῶν κοινῶν θύειν καὶ ἰέναι καὶ μαντεύεσθαι καὶ θεωρεῖν κατὰ τὰ πάτρια τὸν βουλόμενον καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλασσαν ἀδεῶς monstrum alere certum est. Suspicor autem ΙΕΝΑΙ reliquias esse verbi, quod cum θύειν saepissime coniungitur, τοῦ ΣΠΕΝΔΕΙΝ, quod verbum si capite et cauda truncaveris, ipsae illae literae (nam Δ et Α vix distinguuntur) restabunt. — Ib. § 3 dudum obtemperatum oportuit Dukero codicum quorundam scripturam δίκαις χρήσθων praeferenti vulgatae δικαίῳ χρ. — Interpretis esse puto ultima huius capitis verba Ἀθηναίοις καὶ Λακεδαιμονίοις: parum enim me movet quem opposuit tali suspicioni Krüger locum 29 § 34: εὔορκον εἶναι προσθεῖναι καὶ ἀφελεῖν ὅτι ἂν ἀμφοῖν τοῖν πολέοιν δοκῇ [Λακεδαιμονίοις καὶ Ἀθηναίοις dele], quoniam is locus manifesto non huc spectat sed ad cap. 23 extr., quo continetur formula societatis solos

1) [illegible] e Popponis [illegible] intelligo δοκοῦσαν iam suspectum fuisse Haackio, qui tamen non [illegible] corruptelae ratione male tuetur scripturam μετὰ δώρων δόκησιν. Vide V. [illegible] apud Popponem et scholiastam.

Athenienses inter et Lacedaemonios, in qua de utrorumque sociis nulla fit mentio. — Ib. § 10 *Ὀλυμπίασι καὶ Πυθοῖ καὶ Ἰσθμοῖ καὶ ἐν Ἀθήναις*. Tam nomina praecedentia quam bonorum codicum lectio *καὶ Ἀθηναισι* documento sunt Thucydidem scripsisse *καὶ Ἀθηνησι*, quod e correctione, ut suspicor, sed male addito *ν* ephelcystico habet unus liber pessimae notae.

Cap. 21 § 2 requiro *ἐπιθετο* pro *ἐπειθετο*.

† Cap. 22 § 2 *νομίζοντες ηκιστ' ἂν σφίσι τοὺς τε Ἀργείους, ἐπειδὴ οὐκ ἠθελον Ἀμπελίδου καὶ Λιχου ἐλθοντων ἐπιστέρδεσθαι [νομίσαντες αὐτοὺς] ἅτεν Ἀθηναίων [οὐ] δεινοὺς εἶναι.* † Pron. *αὐτοὺς* omittit cod. Italus.

Cap. 22 § 1. *Οἱ δὲ ξύμμαχοι ἐν τῇ Λακεδαίμονι αὐτοὶ ἔτυχον ὄντες*. Pessime Krüger pro corrupta voce *αὐτοὶ* fretus locis aliquot interpolatis rescripsit *αὐτου*. Collato loco V 17 § 3, unde apparet iam ante socios convenisse Lacedaemonem (cf. V 27 § 1 et 30 § 3), ex *ΑΥΤΟΙΕΤΥΧΟΝ* elicui *ΑΥΘΙΣΕΤΥΧΟΝ*, i. e. *αὖθις ἔτυχον*.

Cap. 23 § 3. Expunge partic. *οντας* perperam repetitum. † In extremo capite transpone: *ὅτι ἂν δοκῇ ἀμφοτέροις εὐορκον εἶναι.* † Ita corrigebam in Anal. Crit. p. 9 ignorans vel potius immemor Cobetum Mnem. VI p. 289 adhibito loco Xenophontis Hell. VI 3 § 18 proposuisse: *ὅτι ἂν δοκῇ ἐνορκον ἀμφοτέροις εἶναι*. Qua de re admonitus ab amico nescio tamen an locis Thucydideis V 18 extr. et 29 extr., quibus mea emendatio nititur, in Thucydide emendando aliquanto plus tribuendum sit quam loco Xenophonteo.

Cap. 26 extr. In frequentissima confusione praepositionem ἐξ et *δια* prae *ἐξηγησομαι* praetulerim *διηγησομαι*, quia de *narrando* magis quam de *explicando* aut *interpretando* sermo est. Cf. VI 54 § 1 *δι' ἐρωτικὴν ξυντυχίαν, ἣν ἐπὶ πλέον διηγησάμενος ἀποφανῶ*

Cap. 27 § 3. *ἀποδεῖξαι δὲ ἄνδρας ὀλίγους [ἀρχὴν] αὐτοκράτορας. Quod ad potestatem attinet* interpretatur Krueger at ita certe scribendum foret *τὴν ἀρχὴν*, quod ipsum tamen nimis otiosum, quia ea notio iam continetur vocabulo *αὐτοκράτορας*, quod nunquam eiusmodi additamentum comitatur. Cf. v. c. VIII 67. Vix probabiliorem arbitror L. Dindorfii coniecturam ad Xen. de Vectig. II § 7 corrigentis *ἄρχειν*. Quare vocabulum *ἀρχὴν* expungere malim memor locorum I 96 med. et IV 53 med., quos eodem emblemate liberavit Cobet. Eodem denique liberandum suspicor locum illum Xenophonteum, quo facto ibi scripserim: *καὶ εἰ μετοικοφύλακάς γε ὥσπερ ὁρμαγοφύλακας καθισταῖμεν κτέ.* — Sequuntur verba haec: *καὶ μὴ πρὸς τὸν δῆμον τοὺς λόγους εἶναι τοῦ μὴ καταφανεῖς γίγνεσθαι τοὺς μὴ πείσαντας τὸ πλῆθος*. Bene Goeller intellexit in his verbis nullum esse praesidium loco † IV 46 § 3, quem non dubito quin hoc modo restituendus sit: *οἱ δὲ τοῦ δήμου προστάται [τῶν Κερκυραίων* dele] *δεδιότες μὴ οἱ Ἀθηναῖοι αὐτοὺς* (pro *τοὺς*) *ἐλθόντας οὐκ ἀποκτείνωσιν*.

Cap. 28 § 1. *Οἱ δὲ [τῶν Ἀργείων ἀνδρες] ἀκούσαντες ἐπειδὴ ἀπηγγέλκαν κτέ*. Inclusa abesse malim hic et similiter 37 § 2: *καὶ οἱ [τῶν Ἀργείων ἄνδρες] ὡς ἤσθοντο αὐτοὺς δεχομένους τὸν λόγον κτέ*. Cf. IV 33 § 3, 68 § 5.

Cap. 29 § 1. dele *αὐτῶν*. Vide adn. ad II 7 § 1. † Ib. *κατέστραπτο [ὑπήκοον]*. † Ib. § 3. Vide ad cap 18 extr.

Cap. 30 § 1. *καὶ ἠτιῶντο τῆν τε ἐσηγησιν τοῦ παντος*. Perperam scholiasta *τοῦ παντος] δεινοῦ*. Imo *τοῦ παντὸς πράγματος*. Cf. I 128 med. de Pausaniae proditione: *καὶ τοῦ παντὸς πράγματος ἀρχὴν ἐποιησατο*. — Ib. § 3 scribae errore male repetitum est pronomen in verbis: *Κορίνθιοι δὲ παρόντων σφίσι τῶν ξυμμαχων οσοι ουδ' αυτοὶ ἐδέξαντο τὰς σπονδὰς — παρεκαλεσαν δ' αυτοὺς [αυτοὶ] προτερον — αντέλεγον τοῖς Λακεδαιμονίοις*.

Cap. 31 § 5. *Βοιωτοὶ δὲ καὶ Μεγαρῆς τὸ αυτο* (l. ταὐτὸ) *λέγοντες ησύχαζον περιορωμενοι [ὑπὸ τῶν Λακεδαιμονίων] καὶ νομίζοντες σφίσι τὴν Ἀργείων δημοκρατίαν αὐτοῖς ὀλιγαρχουμένοις ἧσσον ξύμφορον εἶναι τῆς Λακεδαιμονίων πολιτείας*. Verba circumscripta sciolus male intellecta vi verbi *περιορᾶσθαι*, i. e. (*cautè circumspicere*) de suo interposuit. Cf. VI 93 *μέλλοντες δ' ἔτι καὶ περιορωμένοι*, 103 *οἱ πρότερον περιεωρῶντο*,

VII 33 *οἱ πρότερον περιορώμενοι*. Adde Dion. C XLVII 33 § 1, XLVIII 24 § 5, LI 24 § 1. Infeliciter olim h. l. tractabam Exerc. Crit. p. 153. His scriptis video huius, si qui est, inventi honorem cedendum mihi esse Dobreo, nec tamen scripta deleo, quia quantocyus certissima emendatio in textum recipienda videtur.

Cap. 32 § 2 *καὶ Ἀργείων*. Notanda quorundam librorum, in quibus est Italus antiquissimus, scriptura *κἀργείων*. Ib. *Ἠλίους δὲ κατηγαγον πάλιν [ἐς Ἦλιον]*. Additum *παλιν*, etsi omitti potuerat, noli sollicitare. Similiter enim dici ex Aristophanis Pluto v. c. constat *ἀναβλέπειν πάλιν*, ex Ranis *ἀναβιῶναι πάλιν*, similia multa. In vicinia § 4 suspectum habeo *ἅπαξ εἰρημένον: τὰς δεχημέρους ἐπισπονδας*, quae alibi constanter *σπονδαὶ* audiunt. Praepositio autem *ΕΙΠΙ* facillime dittographia nasci potuit e primis literis vocabuli *ΣΠΟΝΔΑΣ*. Rescripto vero *σπονδας* sponte apparet in ipsis verbis sequentibus delendum esse *σπονδῶν* post *τεντηκοντα ετίδων* (l. *πεντηκοντουτίδων*).

Cap. 35 § 3. *τούτων οὖν ὁρώντες οἱ Ἀθηναῖοι οὐδὲν ἔργῳ γιγνομενον ὑπετοπευον* (l. *ὑπετοπουν*) *μηδὲν δίκαιον διανοεῖσθαι ὥστε οὔτε Πύλον ἀπαιτούντων [αὐτῶν] ἀπεδίδοσαν*. Pronomen recte omittunt codd. LOP.

Cap. 36 § 1. *λογους ποιοῦνται ἰδίους*. Imo *ἰδίᾳ*, ut rectissime exhibent iidem libri. Cf. V 42 *ἰδίᾳ ξυμμαχίαν πεποίηνται*, VI 46 *ἰδίᾳ ξενίσεις ποιούμενοι*, II 16 *οὐ ῥᾳδίως τὰς μεταναστάσεις ποιοῦντο*, Ib. 34 *δημοσίᾳ ταφὰς ἐποιησαντο* (ubi in quibusdam male legitur *δημοσιας*) et ita constanter. † Ib. § 3 transponendum suspicor: *καὶ καλῶς ἠπίσταντο* (i. e. *probe noverant*) *σφίσι φίλιον γενέσθαι*. †

† Cap. 38 § 1. *τὸ γὰρ αὐτὸ ἐποίουν*. Conieci *ἐσπευδον* sc. *τοῖς Βοιωτοῖς*. [Cf. VI 10 et] supra cap. 37 [*ἐς*] *τὰ ὁμοῖα σπεύδειν*, ubi recte Krüger delevit praepositionem. †

Cap. 42 § 2. *ὑπὸ [τῶν Βοιωτῶν] αἰτῶν*. *Ab ipsis Boeotis* non patitur sententia, quia nulli alii populo Boeoti h. l. opponuntur. Quare nomen proprium glossema esse suspicor.

† Cap. 46 § 1. *ὁ Νικίας καίπερ [τῶν Λακεδαιμονίων αὐτῶν ἠπατημένων· καὶ αὐτος ἐξηπατημένος {περὶ τοὺ — ἥκειν} ὅμως κτέ*. Cf. cap. praec. § 2. Et incongrua menti scriptoris sunt quae sepsi uncinis et spurca oratione conscripta. Nam deceptos esse Lacones nihil attinebat h. l. *diserte* repetere, quoniam rei cardo vertitur in fraude, in quam ipse Nicias inciderat, idque eo minus quod *illud* iam significatur vocabulis *καὶ αὐτος*, tum prorsus absurde additur *αὐτῶν*, tandem Nicias non *ἐξηπατητο περὶ τοὺ* sed *τῷ μὴ αὐτοκράτορας ὁμολογῆσαι ἥκειν*. Vocabula *τῶν Λακ. — ἠπατημένων* si me audis, sunt scholium marginale ad verba *καὶ αὐτός*, verba *περὶ — ἥκειν* ad *ἐξηπατημένος*. † Ib. *λέγων ἐν μὲν τῷ σφετέρῳ καλῷ ἐν δὲ τῷ ἐκείνων ἀπρεπεῖ τὸν πόλεμον ἀναβαλλέσθαι*. Utrobique legendum videtur *ξύν*. Cf. v. c. Xen. Cyrop. III 1 § 15.

Cap. 47 § 7 *μὴ ψηφισαμένων τῶν πολεων ἁπασῶν τὴν διοδον εἶναι [Ἀθηναίων καὶ Ἀργείων καὶ Μαντινέων καὶ Ἠλείων]*. Ne praestiterim quidem verba *τὴν — εἶναι* esse Thucydidea. Ib. § 13 *τὰς δὲ ξυνθηκας τὰς περὶ τῶν σπονδῶν καὶ τῶν ὁρκων καὶ τῆς ξυμμαχίας ἀναγράψαι ἐν στηλῃ λιθίνῃ Ἀθηναίους μὲν ἐν πόλει, Ἀργείους δ' ἐν ἀγορᾷ ἐν τοῦ Ἀπόλλωνος τῷ ἱερῳ, Μαντινέας δ' ἐν τοῦ Διὸς τῷ ἱερῳ ἐν [τῇ* dele] *ἀγορᾷ· καταθέντων δὲ καὶ Ὀλυμπίασι στηλην χαλκην κοινῇ Ὀλυμπίοις τοῖς νυνί*. Quidni Eleenses iubentur *στηλην στῆσαι*? Num illis sufficiebat *κοινῇ σταθεῖσα* illa Olympiae? Quod parum est, me iudice, probabile: quare suspicor propter *τὸ ὁμοιοτέλευτον* istius rei mentionem excidisse inter *ἀγορᾷ* et *καταθέντων* his fere verbis conceptam: *Ἠλείους δ' ἐν τοῦ Διὸς τῷ ἱερῳ ἐν ἀγορᾷ* [1]. Sequuntur in foedere haec: *ἐὰν δέ τι δοκῇ ἀμεινον εἶναι ταῖς πόλεσι ταύταις προσθεῖναι πρὸς τοῖς ξυγκειμένοις ὅτι ἂν δόξῃ*

[1] Ob eandem causam in quibusdam libris in foedere initio desiderantur verba *ἐκ' Ἀθηναίους — ξυμμάχους* (scil. in *ξυμμάχους*, quod legitur mox *ἐκεῖ*). Cf. Scholiasta.

[ταῖς πόλεσιν] ἁπάσαις κτέ. Expunctis duobus vocabulis magis Graeca haec fore arbitror.

Cap. 50 § 3 καὶ ἐδοκέι τι νέον ἔσεσθαι. Haec ipsa verba leguntur apud Dionem C. XLV 7 § 3.

Cap. 53 § 2 ἐδόκει δέ καὶ ἄνευ τῆς αἰτίας την Ἐπίδαυρον — προσλαβεῖν — τῆς τε Κορίνθου ἕνεκα ησυχίας καὶ ἐκ τῆς Αἰγίνης βραχυτέραν ἔσεσθαι την βοηθειαν ἢ Σκύλλαιον περιπλεῖν τοῖς Ἀθηναίοις. Graeca oratio erit rescripto περιπλέ(ουσ)ι τοῖς Ἀθηναίοις.

Cap. 54 med. expectaveram: μετὰ τον μέλλοντα (μῆνα) — Καρνεῖος δ' ἦν [μην], ἑορτην Ἀπόλλωνι — παρασκευάζεσθαι. Abest μὴν a cod. Q. Error Scholiasta antiquior. — † Cap. extr. ὧν τινες [οἱ] μὲν — οἱ δέ. Similiter subinde dicitur ἔνιοι μὲν — οἱ δέ, οἱ μέν — ἄλλοι δέ cett. † Ferrem: ὧν οἱ μέν τινες κτέ.

Cap. 56 § 2 ἐάσειαν [κατὰ θάλασσαν] καταπλεῦσαι. Dele ridiculum emblema male repetitum e praegressis. Ib. § 5 perperam Kr. coniecit: (καὶ) βίᾳ αἱρησοντες. Distinguo: ὡς ἐρημου οὔσης διὰ τὸν πόλεμον, βίᾳ αἱρησοντες.

† Cap. 59 extr. ἑτοίμους γὰρ εἶναι Ἀργείους δίκας δοῦναι καὶ δέξασθαι ἴσας καὶ ὁμοίας, εἴ τι ἐπικαλοῦσι [Ἀργείοις] Λακεδαιμόνιοι. †

Ib. § 5 προσελθοντες — διελεγέσθην. Longe melius Bekker ex aliis libris, in quibus est Vaticanus edidit προσελθόντε. Arist. Plut. 485 οὐκ ἂν φθαροιτον τοῦτο πράττοντες veram lectionem φθαροιτε servavit Ravennas.

Cap. 60 initio verba τῶν Ἀργείων rectissime omisit unus codex non optimae notae. Ib § 4 ἐν πολλῷ πλειονι [αἰτίᾳ]. Ultima vox recte abest a cod. Danico et a Parisiensi meo.

Cap. 62 extr. requiro: καὶ αὐτῶν τῶν Τεγεατῶν (τῶν) ἐν τῇ πολει, sed fortasse verius expungemus nomen proprium.

† Cap. 63 § 3 ἔρχῳ γὰρ ἀγαθῷ ῥύσεσθαι (λύσεσθαι Dobree, ego malim ἐπολίσεσθαι) τὰς αἰτίας στρατευσομενος (ita optimi codd., vulgo στρατευσαμενος; verum videtur στρατεύομένος) ἢ [τοτε] ποιεῖν αὐτοὺς ὅτι βούλονται. Ferrem fortasse: εἰ δὲ μή, τοτε ποιεῖν κτέ., sed aliquanto

probabilius statuemus voculam ΤΟΤΕ natum esse dittographia e prioribus literis vocabuli ΠΟΙΕΙΝ. †

† Cap. 64 § 1. Expungatur Τέγεα. — Cap. extr.: καὶ ου ῥᾴδιον ἦν μὴ ἀθρόοις καὶ ἄλληλους περιμένουσι διελθεῖν τὴν πολεμίαν — ξυνέκλῃε γὰρ διὰ μέσου — ὅμως δὲ ἠπείγοντο. — In ΞΥΝΕΚΛΗΙΕ latere suspicor ΞΥΝΕΧΗΣ: ξυνεχὴς γὰρ (sc. ἦν πολεμία) διὰ μέσου. i. e. *continua enim terra hostilis (Argolis et Arcadia) eos separabat.* †

Cap. 65 § 2 δηλῶν — βουλομένην εἶναι. Minus apud me valet Ammonii observatio de differentia inter verba βούλεσθαι et ἐθέλειν — nam non minus recte ἡ ἀναχωρησις dicitur βούλεσθαι quam V 85 ἡ ἀγωγὴ φρονεῖν — quam cogitatio lectionem Plutarchi βουλομένου facilius a librariis, non intelligentibus quo referendum esset, in βουλομένην mutari potuisse, quam ratione inversa βουλομένην in βουλόμενον. Quare, utpote difficiliorem, Plutarchi lectionem praetulerim.

† Ib. § 4 deleverim verba: τοὺς Ἀργείους καὶ τοὺς ξυμμάχους, quod additamentum ne idoneo quidem loco illatum est. † Similia in scholiis editis leguntur permulta, velut mox § 6: ἀναχωροῦντες] οἱ Λακεδαιμόνιοι. Ib. § 5 οὐκ εἶχον ὅτι εἰκάσωσιν. Malim εἰκάσειαν. Mox in verbis τοὺς ἑαυτῶν στρατηγοὺς αὐθις ἐν αἰτίᾳ εἶχον τό τε πρότερον — Λακεδαιμονίους ἀφεθηναι κτέ. forsitan melius legeretur ἀφεῖναι.

Cap. 66 § 2 μαλιστα δη Λακεδαιμονιοι ες ο εμέμνηντο ἐν τούτῳ τῳ καιρῷ ἐξεπλαγησαν· δια βραχείας γὰρ μελλησεως ἡ παρασκευὴ αὐτοῖς ἐγίγνετο κτέ. Nihili est quod Kampe coniecit ἐξαφάνησαν pro ἐξεπλάγησαν, nec confugiendum est ad Krügeri suspicionem intercidisse quaedam post id verbum, modo mecum pro γὰρ rescribas δέ (cum qua vocula saepe confusum est) virgula posita post ἐγίγνετο pro hypostigme; quo facto omnia plana sunt. Verto: *nunquam post hominum memoriam maiore terrore perculsi sunt Lacedaemonii quam illa opportunitate, sed post brevem morum cett.*

Cap. 67 § 2 μετὰ δὲ τούτους Μαινάλιοι καὶ ἐπὶ τῷ

δεξίῳ κέρᾳ Τεγεᾶται καὶ Λακεδαιμονίων ὀλίγοι τὸ ἔσχατον (l. *τοὐσχατον*) *ἔχοντες καὶ οἱ ἱππῆς αὐτῶν ἐφ' ἑκατέρῳ τῷ κέρᾳ*. Comparanti cum his quae mox exponuntur de acie Argivorum apparebit primo loco parum recte legi copulam. Quae quum in optimis codd. Italo et Vaticano non legatur, coniecturae deberi eam suspicor et substituendam esse *ἔπειτ'*, quod vocabulum quam proclivi errore ante literas *ἐπὶ τ(ῶν)* elabi potuerit, non est quod dicam. Prorsus ita legitur in extremo capite: *καὶ μετ' αὐτοὺς οἱ ξύμμαχοι — ἔπειτ' Ἀθηναῖοι ἔσχατοι καὶ ἱππῆς κτέ.*

† Cap. 73 § 1. Exc. Crit. p. 154 supplevi *καὶ (τῶν) ξυμμαχων.* † Post Kampium, ut nunc video. — Mox *ἐκυκλουντο* scribam cum codd. Italo et Vaticano pro singulari

Cap. extr. *ἡ μέντοι φυγὴ καὶ ἀποχωρησις* Aptius foret *ὑποχωρησις* vel *ἀναχωρησις*.

Cap. 74. initio pro *ξυνελθοισα* malim *ξυνελθουσῶν*, deleta virgula post *ἐγένετο*. Cf. II 8 *ἡ τε ἀλλη Ἑλλὰς πασα μετέωρος ἦν ξυνιουσῶν τῶν πρωτων πολεων*.

† Cap. 75 § 4. ibidem pro *τῇ προτέρᾳ ἡμέρᾳ* requirebam omisso substantivo *τῇ προτεραίᾳ*. † Quae annotat ad h. l. Krüger non eam vim habent, ut mutem sententiam. Homeri enim et sequiorum usum in hac quaestione nihil moror.

† Cap. 77 § 1. dele alterum *ἀποδιδοντας*. † Ib. § 3 lege: *αἰ δέ κα τῶν ἐκτος Πελοποννασου τις ἐπὶ ταν Πελοποννασον* [*γᾶν*] *ἰῇ ἐπὶ κακῶ ἀλεξέμεναι αμοθι βουλευσαμένως* (pro *-νους*).

† Cap. 80 § 1. pro *ἐγεγένητο* requiro Aoristum *ἐγένετο*. †

Cap. 82. *οἱ δὲ Λακεδαιμονιοι εως μὲν αὐτοις μετεπέμποντο οἱ φίλοι, οὐκ ἦλθον ἐκ πλείονος, ἀναβαλομενοι δὲ τὰς γυμνοπαιδίας ἐβοηθουν*. Neque in contortis huius loci interpretationibus neque in violentis eruditorum coniecturis quicquam est praesidii. Nisi egregie fallor, exciderunt nonnulla post *ἦλθον*, quibus olim explicabatur, cur tamen venerint Lacedaemonii. Cuius lacunae indicium deprehendisse videor in obscuris istis *ἐκ πλείονος*, in quibus de margine huc delatis, ut suspicor, latere puto grammatici alicuius annotatiunculam *ἐκλεί ὁ νοῦς*, i. e. *deficit sententia*. Quare missam nunc facio quae olim mihi placebat coniectura: *ἑως μὲν αὐτοὺς μετεπέμποντο οἱ φίλοι ἐκ πλειονος* (cl. IV 42), *οὐκ ἦλθον, νῦν δ' ἀναβαλομενοι τὰς γυμνοπαιδίας ἐβοηθουν*.

Cap. 83 § 1. *[ἐκ τοῦ Ἄργους]*. Interpretamentum *τοὐ αὐτοθεν*.

† Cap. 99. *οσοι ἠπειρῶται — πολλὴν τὴν διαμέλλησιν τῆς προς ἡμᾶς φυλακῆς ποιησονται*. Qualis fere sententia postuletur, sensisse mihi videtur Portus, licet Graecitati vim inferat interpretando: *μέλλουσιν ἀκριβῶς φυλαττεσθαι ἡμᾶς*. Lege una mutata literula: *διαμίλλησιν — ποιησονται*, i. e. *διαμιλλησονται φυλασσεσθαι, certatim sibi cavebunt a nobis*. † Ne quis forte postulet *διαμιλλαν*, moneo substantivorum in *σις* frequentissimum esse usum apud Thucydidem: *ἐπικρατησις* (I 41), *πρόσβευσις* (72), *ἐνθύμησις* (132), *ἐπιτηδευσις* (II 36), *παίδευσις — καταμέμψις* (II 41), *απολαυσις* (43), *τέκνωσις* (44), *φλογωσις* (49), *ἐπαύρεσις* (53), *διαφευξις* (III 23), *λωφησις* (IV 81), *παροίκησις* (92), *προεκφοβησις* (V 11), *παράγγελσις* (66), *παρακινδύνευσις* (100), *πείρασις* (VI 56), *ἄπωσις* (VII 34), *καταφευξις* (VIII 38), *διαπολέμησις* (42), *δοκησις* (67 et alibi saepe), *ἀντιμίμησις* (67), alia, ex quibus multa non nisi apud eum eiusque imitatores reperiuntur, quaedam raro leguntur apud alios.

† Cap. 102. *καὶ ἡμῖν — ἔτι καὶ στέγαι ἐλπὶς ορθως*. Lege *ορθοῖς* †, quod praestat, ut opinor, Krugeri correctioni *ορθους*. Facillime autem confunduntur notae tachygraphicae terminationum *ως* et *οις*.

† Cap. 103. *ἐπι ῥοπῆς μιας ὀντες*. Cl. Eur. Hipp. 1158, corrigo *σμικρας*. † Utrum *μικρας* an *σμικρᾶς* restituendum sit, dubito. Haec forma reperitur in bono codice VIII 81 § 2, unde recepit Krüger.

Cap. 105 § 2. *καὶ ἡμεῖς οὔτε θέντες τὸν νομον οὔτε κειμένῳ πρῶτοι χρησαμενοι, οἷα δὲ παραλαβοντες καὶ ἐσομενον ἐς αἰὶ καταλείφοντες χρωμεθα αὐτῳ, εἰδοτες καὶ ὑμας ἂν*

καὶ ἄλλους ἐν τῇ αὐτῇ δυνάμει ἡμῖν γενομένους δρωντας ἂν αυτό. Ut nemo in tali sententia Latine scriberet: *et vos id* (sed *idem*) *esse facturos*, ita Thuc. dedisse puto: καὶ ὑμᾶς — δρῶντας ἂν ταυτο. Vulgata enim lectio misere languet. In sqq. adhibita elisione edendum πλεῖστ' ἀρετῇ χρῶνται, εἰ πολλ' ἂν τις ἔχων κτέ. Similiter c. 107 μετ' ασφαλείας. Qua de re semel monuisse sufficiat.

Cap. 111 § 1. *Τούτων μὲν καὶ πεπειραμένοις ἂν τι γένοιτο καὶ ὑμῖν καὶ ουκ ανεπιστημοσιν οτι ουδ' ἀπὸ μιᾶς πωποτε πολιορκίας Ἀθηναῖοι δι' ἄλλων φόβον απεχωρησαν.* Adiectivi ἀνεπιστημοσιν terminatio hausisse videtur necessarium Participium οὖσιν. Cf. VII 45 § 2, 67 § 1. — Ib. § 3. *ου γὰρ δὴ ἐπί γε τὴν ἐν τοῖς αἰσχροῖς καὶ προὐπτοις κινδύνοις πλεῖστα διαφθείρουσαν ἀνθρωτους αἰσχύνην τρέψεσθε. πολλοῖς γὰρ τροορωμένοις ἔτι ἐς οἷα φέρονται τὸ αἰσχρὸν καλούμενον ονόματος ἐπαγωγοῦ δυναμει ἐπεσπασατο ἡσσηθεῖσι τοῦ ῥηματος ἔργῳ ξυμφοραῖς ανηκέστοις ἑκοντας περιπεσεῖν καὶ αἰσχύνην αἰσχίω μετ' ἀνοίας η τύχης προσλαβεῖν.* Neque est ulla vis h. l. in verbo medio ἐπισπασθαι, neque satis recte inde pendet Infinitivus sine articulo. Quare lenissime corrigo: *πολλοῖς γὰρ — το αἰσχρὸν καλούμενον — ἐπέσπασε τὸ ἡσσηθεῖσι του ῥηματος — περιπεσεῖν.* Ferri posset: *πολλοὺς γὰρ τροορωμένους — ἐπεσπάσατο ἡσσηθέντας — περιπεσεῖν* ad exemplum loci Xenophontei Cyrop. V 5 § 10 *ὥστε καὶ τὸν Κύαξαρην* (Cyaxares) *ἐπεσπάσατο ἐμπλησθῆναι δακρύων τὰ ὄμματα.* Sed illa ratio, ut multo lenior, ita verior esse videtur. Praeterea cum Reiskio legerim: *ἐν τοῖς ἐσχάτοις καὶ προὐπτοις κινδύνοις* et in extrema loci parte cum Krügero amplector lectionem Scholiastae *η τύχῃ.*

† Cap. 113 *καὶ Λακεδαιμονίοις καὶ τύχῃ καὶ ἐλπισι πλεῖστον δὴ παραβεβλημένοι* [*καὶ πιστεύσαντες*] *πλεῖστον καὶ σφαλήσεσθε.* † Post pulchrum illud *παραβεβλημένοι*, i. e. *ἐπιτρέψαντες παραβόλως*, ut recte interpretatur Scholiasta, valde friget istud additamentum, quo deleto aliquanto concinnius Gorgiaeque dignius discipulo verbis *πλεῖστον δὴ παραβεβλημένοι* reliqua *πλεῖστον καὶ σφαλησεσθε* respondebunt.

† Cap. 116 *ὡς αυτοῖς τὰ διαβατηρια* [*ἱερὰ ἐν τοῖς ὁρίοις*] *ἐγένετο.* † Manifestum scholium expungebam in Ex. Crit. p. 155, post Cobetum, ut postea intellexi.

Annotatiunculis in hunc librum finem imponens animadverto me in exemplare meo Thucydidis dubitandi signum apposuisse cap. 91 init. verbis: *ημεῖς δὲ τῆς ημετέρας ἀρχῆς, ἣν καὶ παυθῇ* (l. *παυσθῇ*), *ουκ αθυμοῦμεν τὴν τελευτήν.* Nempe haerebam in verbo *ἀθυμεῖν* iuncto cum Accusativo *substantivi*. Fieri possit ut *αθυμοῦμεν* glossema sit genuini verbi *ορρωδοῦμεν*. Moeris p. 286 ed. Piers. *ορρωδεῖν, Ἀττικῶς. φοβεῖσθαι η αθυμεῖν, Ἑλληνικῶς.*

IN LIBRO VI.

† Cap. 1 [*ἐν εἴκοσι σταδίων μάλιστα μέτρῳ διείργεται τὸ μὴ ηπειρος εἶναι* Non ignoro praepositionis *ἐν* in distantiis indicandis praesertim apud sequiores usum, aliquanto tamen ab huius loci ratione diversum. Apud Atticos nilquicquam simile me legere memini. Fuisse olim codd., a quibus praepositio abesset, apparet e scholiasta, neque eam agnoscit imitator Procopius, cuius locos laudavit Bloomfield. Dudum suspecta mihi (cum Krügero, ut hanc plagulam corrigens video) fuit librorum scriptura in iis quae continuo praecedunt: *Σικελίας γὰρ περίπλους μέν ἐστιν ὁλκάδι οὐ πολλῷ τινι ἔλασσον ἡ ὀκτὼ ἡμερῶν.* Vide enim annon Thuc. scripserit *Σικελία* ad exemplum alterius loci II 97, qui non aeque facile potuit corrumpi: *αὐτη περίπλους ἐστιν ἡ γῆ κτέ.*

† Cap. 2 § 5. *εἰσὶ δὲ καὶ νῦν ἐν τῇ Ἰταλίᾳ Σικελοὶ, καὶ ἡ χώρα ἀπὸ* (l. *ἀπ'*) *Ἰταλοῦ — οὕτως* [*Ἰταλία*] *ἐπωνομάσθη.* Deleatur scholium ad *οὕτως*. † Simile scholium in marginem relegetur ap. Xen. Cyrop. III 3 § 62, ubi post *οὕτως ἐχώρει* perperam repetitur *τίς ἔψεται; τίς ἀγαθός;* quod idem

valet de loco Plutarcheo *de frat. am.* § 6 *τῶν Μουσῶν — ἃς ὁμοῦ οὔσας οὕτως ωνόμαζον* [*Μούσας*]. Ad Thucydidem ut redeam, in vicinia non fero *τάχα ἄν* positum pro nudo *τάχα* i. e. *ἴσως*, quare ibi scripserim: *τάχα δὲ καὶ ἄλλως πως ἐσπλεύσαντες*.

Cap. 4 § 4 *τὸ δὲ χωρίον οὗ νῦν ἡ πόλις ἐστὶ καὶ ὁ πρότερον ἐτειχίσθη Λίνδιοι καλεῖται*. Bekker annotat „*καλεῖται B* (cod. Vaticanus) priore diphthongo a correctore posita, ut non dubitem fuisse *καλοῦνται*." Quae lectio unice vera videtur. Cf. IV 102 *τὸ χωρίον τοῦτο, ὅπερ πρότερον Ἐννέα ὁδοὶ ἐκαλοῦντο*, V 49 *ἡ δὲ καταδίκη δισχίλιαι μναῖ ἦσαν*.

Cap. 6 § 1. *ἐφιέμενοι ἄρξειν*. Revocanda vulgata ante Bekkerum *ἄρχειν*. Ib. § 4. *μετὰ τῶν ὑπολοίπων ἔτι ξυμμάχων*. Vocula *ἔτι*, quae abest a codd. Italo et Vaticano, vereor ne huc male a scribis retracta sit e praegressis: *τοὺς λοιποὺς ἔτι ξυμμάχους* (§ 3). — In ipso capitis fine deleverim participium *εἰσομένους* quod otiosum adhaeret verbis hisce: *ἐψηφίσαντο πρέσβεις πέμψαι πρῶτον ἐς τὴν Ἔγεσταν περί τε τῶν χρημάτων σκεψομένους εἰ ὑπάρχει — καὶ τὰ τοῦ πολέμου ἅμα — ἐν οτῳ ἐστὶν* [*εἰσομένους*].

Cap. 10 § 2. extr. *οὐς πρὸ πολλῶν ἂν ἐτιμησαντο ξυμμάχους γενέσθαι κτέ*. Graecum est aut *πρὸ πολλῶν ἂν χρημάτων ἐτιμησαντο* (cf. I. 33) aut *προ πολλου*, quod h. l. restituendum. Verae lectioni perniciosum fuit, ut suspicor, scholium: *οὐς οἱ Ηελ. ἐτιμησαντο ἂν αντὶ πολλῶν χρημάτων κτέ*. Utut est, *πρὸ πολλων τ.* non magis Graecum esse puto quam v. c. *πολλῶν* pro *πολλοῦ πρίασθαι*. — Mox § 3 supplendum: *ὥστε χρὴ σκοπεῖν τιν' αυτὰ καὶ μὴ μετεωρῳ τε (τῇ) πόλει ἀξιοῦν κινδυνεύειν καὶ ἀρχῆς ἀλλης ορέγεσθαι πρὶν (ἂν) ἣν ἔχομεν βεβαιωσώμεθα*.

† Cap. 11. Supple: *τὰ γὰρ διὰ πλείστου (πλεῖστον) παντες ἴσμεν θαυμαζόμενα*. † Ad formam orationis cf. V 113 extr., VII 67 init., VIII 96 extr.

Cap. 12 § 1. insere *τοῖς* ante *χρημασι* aut dele articulum

ante *σώμασιν*. Utroque enim modo saepe noster locutus est. Additur utrobique articulus v. c. VIII 45 et 65. Prope finem dubito de sinceritate scripturae in verbis: *μηδὲ τοιτῳ ἐμπαράσχητε τω τῆς πολεως κινδύνῳ ἰδία ἐλλαμπρύνεσθαι*. Post *ἐμπαράσχητε* praetulerim *λαμπρύνεσθαι*. Cf. cap. 16 § 3.

Cap. 14. *τῆς δὲ πολεως κακῶς βουλευσαμένης ἰατρὸς ἂν γενέσθαι*. Adv. *κακῶς* male omissum est ab editoribus cum libris optimis. Sequens *καλῶς* causa fuisse videtur cur exciderit. † In extremo capite malim: *καὶ* (pro *η*) *ἑκὼν εἶναι μηδὲν βλαψη*. †

Cap. 15 extr.: *ἰδίᾳ ἑκαστοι τοῖς ἐπιτηδεύμασιν αὐτοῦ ἀχθεσθέντες*. Huius loci est *ἕκαστος*, et sic corrigatur cap 46 § 3 *ἐσέφερον ἐς τὰς ἐστιάσεις ὡς οἰκεῖα ἕκαστοι*. Cf. VIII 1.

Cap. 16 § 5. Conieci: *προσποιησιν τε ξυγγενείας μὴ οὐσης* (pro *οὔσαν*) *καταλιπόντες*. § 6. *τὰ ἴδια ἐπιβοώμενος*. Hoc verbum obiter redde Dioni C. XLIII 24 § 1 pro *ἐπεκβοᾶσθαι*.

Cap. 19. *μᾶλλον* [*ἢ πρότερον*] *ωρμηντο*. Vide ad I 13 § 1.

Cap. 21 § 1. *εἰ* (pro *ην*) *ξυστῶσιν* in oratione pedestri ferendum non est. Ib. § 2. supple *αυτόθεν δὲ* (*δεῖ*) *κτέ.*; nam verbum *δεῖ* ex § 1, praesertim interiectis istis: *αἰσχρὸν — βουλευσαμένους*, subintelligi nequit.

Cap. 22 § 2. *τὸν δὲ καὶ αυτοθεν σῖτον κτέ*. Iure in articulo haesent critici. Suspicor: *πρὸς δὲ καὶ κτέ*.

Cap. 24 et 35 init. l. *τοιαῦτα*. Vide adn. ad IV 21 init.

Cap. 29 § 1. Deleo verba: *εἴ τι τούτων εἰργασμένος ἦν*, non ferenda ob sqq.: *εἰ μὲν τούτων τι εἴργαστο*. † § 2. *αὐτοῦ* expungatur † suspectum etiam Krügero. — In extremo capite ingratissima coniunctione scribitur *μεταπεμπτον κομισθέντα*, ubi participium ex interpretatione adhaesisse mihi persuadeo. Cf. cap. 72.

Cap. 30 § 1. *ἡ ἀναγωγὴ ἐγίγνετο* [*ἐς τὴν Σικελίαν*]. Contra vocula excidisse videtur versus finem in his: *τα μὲν ὡς*

κτησοιντο τοὺς δ' εἴ ποτε ὀψοιντο. Legerim, quod hac in re dici solet, τοὺς δ' εἴ ποτε ἔτι ὄψοιντο. Apud Xenoph. Ephesium cap. 10 parentes ad Abrocomam et Anthiam peregre proficiscentes: ἆρα ἔτι ὑμᾶς οἱ φύντες ὀψόμεθα; Possis tamen etiam lenius: τοὺς δ' εἴ ποτ' ἐποψοιντο. Cf. VII 61.

Cap. 31 § 3. ἐς τὰ μακρότατα προθυμηθέντες. Una deleta litera conieci: ἐς τὰ ἀκρότατα. Cf. Dion. Hal. de verb. comp., p. 220: εἰς ἄκρον ibique Schaeferi annotatio. — † Ib. § 4 ἐπίδειξιν τῆς [δυνάμεως καὶ] ἐξουσίας. †

† Cap. 33 § 2. πρόφασιν μὲν (ἐπ') Ἐγεσταίων ξυμμαχίᾳ καὶ Λεοντίνων κατοικίσει. † Vid. ad III 82 § 7. Quam facile ΕΠ ante ΕΤ negligi potuerit, vides. — § 5. οὐ γὰρ δὴ μὴ τύχωσί γε ὧν προσδέχονται [φοβοῦμαι]. Huius verbi nemo Graece sciens suscipiet patrocinium. Vide v. c. IV 95.

Cap. 34 § 1. ἐς τοὺς Σικελοὺς πέμποντες. Mallem quidem
π
επέμποντες (i. e. περιπέμποντες), ut scribitur v. c cap. 45; sed vulgata ferri posse videtur; quod idem valet de verbis ὑποδέχεται γὰρ ἡμᾶς Τάρας, ubi noli corrigere ὑποδέξεται. Similiter mox § 5 ἐστι recte habet pro ἐσται. Cf. VI 91 § 2 et IV 95 § 2.

Cap. 37 § 3. ὥστε παρὰ τοσοῦτον γιγνωσκω μολις ἂν μοι δοκοῦσιν — ουκ ἂν παντασασι διαφθαρηναι. Suspicor: ὥστε παρ' ὅσον γιγνωσκω κτέ., ut vulgata scriptura nata sit ex interpretatione: παρὰ τοσοῦτον ὅσον γιγνωσκω. Ne quis haereat in coniunctis verbis γιγνωσκειν et δοκεῖν, conferat mihi VI 18 prope finem.

Cap. 38 § 4. ὁ δὲ νομος [ἐκ] τοῦ μη δύνασθαι ὑμᾶς μᾶλλον η δυναμένους ἐτέθη ατιμαζειν. Deleta praepositione omnia recte procedunt. Genetivus est causativus, Thucydidi admodum familiaris. Τὸ ἐξῆς hocce: ὁ. δ. ν. μαλλον ετέθη του μ. δ. ὑ. η (τοὺ) ατιμαζειν (ὑμας) δυναμένους. Fieri potest ut ἐκ corruptum sit ex interpretamento ἕνεκα, quod magistelli ad eiusmodi Genetivus explicandos addere solent. Id factum v. c. I. 45 extr. τοῦ μὴ λυειν [ἕνεκα] τὰς σπονδας, ubi recte eam voculam delevit Cobet.

Cap. 39 § 1. τοῖς δ' ἔχοντας [τὰ χρηματα del. Kr.] καὶ

ἄρχειν ἄριστα βελτίστους. Aut βελτίστους expunge cum Krügero, aut mecum ἄριστα. Cf. E. C. p. 156. — Mox § 2 ξύμπαν ἀφελομένη ἔχει. Lege ξύμπαντ' ἀφελομένη ἔχει, sc. τὰ ωφέλιμα.

Cap. 40 § 1. ηγησάμενοι — καὶ τοῦ παντὸς κινδυνεῦσαι. L. κἂν.

Cap. 42. [καὶ] ἐς τὴν Ἰταλίαν καὶ Σικελίαν. Duplici καὶ hic locus non est; si esset, repetita praepositione et articulo scribendum foret: καὶ (ἐς τὴν) Σικελίαν.

Cap. 44 § 2 extr. Vide ad IV 24 § 3. — § 11. λιθολόγους καὶ τέκτονας. Hinc corrigatur Cyrop. III. 2 § 11. τέκτονες τε καὶ λιθοδόμοι, ubi in aliis est λιθοτόμοι. Verum esse λιθολόγοι iam Piersonum ad Moeridem i. v. λιθουργοὶς sed nequiquam monuisse video.

Cap. 46 § 1. οὓς πρῶτον ηρξαντο πείθειν. Emenda πρώτους. Idem error et alios forsitan locos obsidet et 48 med., ubi l. πρωτους δὲ πείθειν Μεσσηνίους. Mox pro ἀλογώτερα requiro superlativum.

Cap. 50 § 3. Vide adn. ad V 2.

Cap. 51. ἐσελθόντες ἠγοραζον [ἐς την πολιν]. Tria ultima vocabula otiosa sunt — nam e praegressis potius cogitandum ἐς τὴν πυλίδα — et loco posito alieno. Mox malim: ὡς εἶδον τὸ στρατευμα ἔνδον ὂν); cf. II 3 § 1.

Cap. 52 § 1. Voculam τε post ἐκ bene explicat Poppo.

Cap. 53 § 1. τὴν Σαλαμινίαν [ναῦν]. Substantivum delevit Cobet ad Hyperidem. Interpretamentum recte omisit Plutarchus vit. Alcib. c. 21 Cf. 61 § 5 (ubi bis omissum est, sed iterum adscriptum § 4) et III 32 med. et 77 extr

Cap. 54 § 5. καὶ ἐπετηδευσαν ἐπὶ πλεῖστον δη τύραννοι οὗτοι ἀρετὴν καὶ ξύνεσιν. Cave corrigas: (οἱ) τύραννοι οὗτοι κτέ., nam, ut recte intellexit Kr., τύραννοι est appositum. Nisi forte scribendum: ἐπὶ πλεῖστον δὴ τυραννων κτέ. i. e. (omnium) tyrannorum diutissime. — Ib. § 7. ὁ δῆμος [Ἀθηναίων]. Nomen h. l. otiosum delere satius iudico quam corrigere ὁ δῆμος ὁ Ἀθηναίων.

Cap. 55 extr. *οὐχ — ἠπόρησεν ἐν ᾧ οἱ πρότερον ξυνεχῶς ὡμιλήκει τῇ ἀρχῇ*. Duo ultima vocubula sintne epexegesis an interpretamentum ambigo.

Cap. 57 § 2 expunge vocabula *ὁ Ἱππίας*. Fallitur ad h. l. Krüger.

† Cap. 58. *ἐπὶ τοὺς πομπέας* [*τοὺς ὁπλίτας*]. † Additamentum petitum e sequentibus. Verba ultima *μετὰ γάρ — ποιεῖν* si genuina sunt, de quo subdubito, e codice *H* Paris., pro *ποιεῖν*, quod pro *ποιεῖσθαι* Graecum non est, utique reponendum *πέμπειν*, quod alios iam monuisse animadverto.

Cap. 59. In epigrammate:

ἀνδρὸς ἀριστεύσαντος ἐν Ἑλλάδι τῶν ἐφ' ἑαυτοῦ
Ἱππίου Ἀρχεδίκην ἥδε κέκευθε κόνις

cod. Italus habet *Ἀρχεδίκης*, quae lectio vera esse *potest*, modo simul scribatur *τῆδε κέκευθε κόνις*. Sed in vulgata lectione nihil est quod merito cui displiceat. In praegressis legimus: *Ἱππόκλου γοῦν τοῦ Λαμψακηνοῦ τυράννου Λιαντίδῃ τῷ παιδὶ θυγατέρα ἑαυτοῦ μετὰ ταῦτα Ἀρχεδίκην Ἀθηναῖος* [*ὢν* abesse malim] *Λαμψακηνῷ ἔδωκεν*. An *ἐξέδωκεν*? Dubito enim an verbum simplex sensu *locandi* in pedestri Atticorum sermone admitti possit.

Cap. 60 § 1. *ἐς τοὺς περὶ τῶν μυστικῶν τὴν αἰτίαν λαβόντας*. An genuina est praep. *περί*? Recte cap. 61 § 1 *τὰ μυστικά, ὧν ἐπαίτιος ἦν*. Ad cap. extr. vide adn. ad III 52.

Cap. 61 § 1. *μετὰ τοῦ αὐτοῦ λόγου* [*καὶ τῆς ξυνωμοσίας ἐπὶ τῷ δήμῳ*]. Interpretamentum manifestum insuper proditur vitio syntactico. Deinde l. *ὑπ'* (pro *απ'*) *ἐκείνου*. — § 3. *τοὺς ὁμήρους — τοὺς ἐν ταῖς νήσοις κειμένους*. Krüger ad V 61 *ὅμηροι ἦσαν αὐτοθι ὑπὸ Λακεδαιμονίων κείμενοι* propter h. l. male diffisus est verissimae suae coniecturae *κατακειμένους*. Etenim utroque loco praepositionis compendiolum periit propter sequentem literam *K*, haud aliter quam saepe v. c. e *περιποιεῖν* factum est *ποιεῖν*, e *περιπέμπειν πέμπειν*, similia. Quoniam autem Gr. est *κατατίθεσθαι*, non *τίθεσθαι ὁμήρους*, nisi fallor, *κατακεῖσθαι*, non *κεῖσθαι*, *ὑπό τινος* illi

dicantur necesse est. Cf. III 28, 35, 72, 102, IV 57, V 84 et VIII 3 med.

Cap. 64 § 4 *πέμπουσιν ἄνδρα σφίσι μὲν πιστὸν — ἐπιτηδειον· ἦν δὲ Καταναῖος* [*ὁ ἀνὴρ*] *καὶ ἀπ' ἀνδρῶν ἐκ τῆς Κατάνης ἥκειν ἔφη*. Nemo monitus non sentiet quam non modo otiose sed etiam inleganter addita sint vocabula *ὁ ἀνήρ*. § 5. *ἔλεγε — εἰ βούλονται ἐκεῖνοι πανδημεὶ — ἐπὶ τὸ στρατευμα ἐλθεῖν, αὐτοὶ μὲν ἀποκλήσειν τοὺς παρὰ σφίσι — ἐκείνους δὲ ῥᾳδίως* [*τὸ στράτευμα*] *προσβαλόντας τῳ σταυρωματι αἱρήσειν*. Athenienses *ηυλίζοντο ἀπὸ τῶν ὅπλων ἐν τῇ πολει*, neque igitur Syracusani poterant *ἐπὶ τὸ στρατευμα ἐλθεῖν*, poterant venire *ἐπὶ τὸ στρατόπεδον* s. *ἐπὶ τὸ σταύρωμα*, quod cum illo vocabulo facile confunditur. Deinde post *ῥᾳδίως* expungatur *τὸ στράτευμα*. Cf. Plut. Nic. cap. XVI init.: *εἰ βούλονται λαβεῖν ἔρημον ἀνδρῶν τὸ στρατοπέδον*. — Ultima verba *ἀφ' ὧν αὐτὸς ἥκειν* si abessent, nemo desideraret. Vide an male huc adscripta sint e § 4 *απ' ἀνδρῶν — ηκειν ἔφη*. Etiam sequi potius debebant statim post *Καταναίων*.

Cap. 65 § 1. Vide adn. ad I 90 § 3.

Cap. 66 § 1. *ηκιστ'* [*ἂν*] *αὐτοὺς — λυπησειν*. Voculam *ἄν* natam e sequentis pronominis literis prioribus delebo, quicquid dicunt Herbst eiusque sectatores. Gravius laborat huius capitis pars ultima quam ad hoc exemplum emendandam suspicor: *ἐκ μεν της πολεως ουδεὶς ἐξιὼν ἐκώλυε τὸ πρῶτον, επειτα δέ* (codd. *πρῶτοι δέ*) *οἱ ἱππῆς — προσεβοηθησαν, ἔπειτα δ' υστερον — ξυνελέγη, καὶ προσῆλθον μὲν ἐγγὺς τοῦ σταυρωματος* (pro *στρατευματος*) *τῶν Ἀθηναίων κτέ*.

Cap. 68 § 4: *οἱ μὲν* (*γὰρ παρακελεύονται*) *ὅτι περὶ πατρίδος ἔσται ὁ αγων, ἐγὼ δὲ ὅτι ουκ ἐν πατρίδι ἐξ ἧς κρατεῖν δεῖ ἡ μὴ ῥᾳδίως ἀποχωρεῖν*. Non sufficit fortasse cum Reiskio delere praepositionem *ἐξ*. Num forte delenda sunt vocabula: *οτι — ἐξ*? Quibus expunctis orationem similem haberemus huic (III 13 § 5): *οὐ γὰρ ἐν τῇ Ἀττικῇ ἔσται ὁ πολεμος, ως τις οἰεται, ἀλλὰ δι' ἠν* (i. e. *ἐν ταύτῃ δι' ἣν*)

Ἀττικὴ ὠφελεῖται. Structurae difficultas potuit parere interpolationem. Aliquanto tamen probabilius reponam: *ὅτι οὐκ ἐν πατρίδι ἀλλ' ἧς κτέ.*

Cap. 69 § 3. *τροπὰς — ἀλλήλων ἐποίουν*. Lege *ἐποιοῦντο*, i. e. *ἀλλήλους ἔτρεπον*. Vide v. c. VII 54. — Extr. cap. *ἔπειτα δ' ἐν παρέργῳ καὶ εἴ τι ἄλλο ξυγκαταστρεψαμένοις ῥᾷον αὐτοῖς ὑπακούσεται*. Aut *ὑπακουσθήσεται* legendum aut *ξυγκαταστρεψάμενοι* (ita est in uno codice) *ῥᾷον αὐτοὶ ὑπακούσονται* (ut legit Scholiasta).

† Cap. 72 § 2. Verba *καὶ τὸ πλῆθος τῶν στρατηγῶν* sunt interpretamentum vocabuli *πολυαρχίαν*. † Ante me idem vidit Pluygers Mnem. XI. p. 92. Mox aliena manus addidit *ἔφη* verbis *κατὰ τὸ εἰκὸς κρατήσειν κτέ.*, quibus continuantur Accusativi cum Inf. libere pendentes a verbis *ἐθάρσυνέ τε καὶ οὐκ εἴα*. In capite extremo post *κοσμον* repetatur particula *ἄν*.

Cap. 77 § 1. *πολὺ δὲ μᾶλλον ἡμᾶς αὐτοὺς αἰτιασομένους ὅτι ἔχοντες παραδείγματα τῶν ἐκεῖ Ἑλλήνων ὡς ἐδουλώθησαν οὐκ ἀμυνοντες σφίσιν αὐτοῖς, καὶ νῦν ἐφ' ἡμᾶς ταυτὰ παρόντα (ὁρῶντες) σοφίσματα κτέ*. Ita suppleta haec verba facile intelligentur: ni feceris, verba *ταυτὰ — σοφίσματα* minus recte suspensa erunt a praegresso *ἔχοντες*. Post *παρόντα* quod inserui participium facile periit ab ductuum similitudinem.

Cap. 74. *Ἀλκιβιάδης — μηνύει τοῖς τῶν Συρακοσίων φίλοις τοῖς ἐν τῇ Μεσσηνῃ ξυνειδὼς τὸ μέλλον· οἱ δὲ τοὺς τ' ἄνδρας διέφθειραν πρότερον, καὶ τοτε στασιάζοντες καὶ ἐν ὅπλοις ὄντες ἐπεκράτουν μὴ δέχεσθαι τοὺς Ἀθηναίους [οἱ ταῦτα βουλόμενοι]*. Aut ultima verba expungenda aut scribendum suspicor: *στασιαζοντων — ὀντων*.

Cap. 79 § 1. *ἐπεὶ οὐδ' οἱ Ῥηγῖνοι [ὀντες] Χαλκιδῆς Χαλκιδέας [ὄντας] Λεοντίνους ἐθέλουσι ξυγκατοικίζειν*. Magistellos addidisse participia docebit v. c. locus VII 57 § 2: *Ἀθηναῖοι μὲν αὐτοὶ Ἴωνες ἐπὶ Δωριᾶς Συρακοσίους ἑκοντες ἦλθον*. Cf. ibidem § 5 et § 8. Similiter VI 80 *προδιδομεθα*

ὑφ' ὑμῶν Δωριῆς Δωριῶν. Cf. ib. 6 § 3. Quare non magis corrigere dubitabo cap. 82: *ἡμεῖς μὲν Ἴωνες [ὄντες] Πελοποννησίοις Δωριεῦσι, καὶ πλείοσιν οἷσι καὶ παροικοῦσιν, ἐσκεψάμεθα ὅτῳ τρόπῳ ἥκιστα [αὐτῶν* dele] *ὑπακουσόμεθα*. Praeterea malim transponere *Ἴωνες Δωριεῦσι Πελοποννησίοις*, quae est legitima talium structura. Similibus additamentis laborant loci: VI 44 § 3, 59 § 3 et VII 5 extr.

Cap. 80 § 1. l. *τὰ πολεμικὰ* pro *πολέμια*, qui est tralaticius error. Ib. § 3. *ξυνελόντες τε λέγομεν [οἱ Συρακόσιοι]*. Nomen proprium sine vi additum deleatur. Pluralis designat ipsum Hermocratem comitesque eius.

Cap. 82. Vide ad 79. — § 4. *ἦλθον γὰρ ἐπὶ τὴν μητρόπολιν [ἐφ'] ἡμᾶς*. In vicinia vel cum Krügero legatur: *καὶ ὡς τὸ ἀκριβὲς εἰπεῖν* vel, expuncta praepositione *ἐς*, mecum: *καὶ τἀκριβὲς εἰπεῖν*. Cf. VII 49 § 4.

Cap. 87. *ἄκλητοι*. Vide ad I 118 extr. Ib. § 4. *ἀντιτυχεῖν* celat *ἂν τυχεῖν*, de quo loco fortasse alibi agam. Nunc videndum de verbis sequentibus: — *ἀμφότεροι ἀναγκάζονται ὁ μὲν ἄκων σωφρονεῖν ὁ δ' ἀπραγμόνως σώζεσθαι. ταύτην οὖν τὴν κοινὴν τῷ τε δεομένῳ καὶ ὑμῖν νῦν παροῦσαν ἀσφάλειαν μὴ ἀπωσησθε, ἀλλ' ἐξισωσαντες τοῖς ἄλλοις μεθ' ἡμῶν τοῖς Συρακοσίοις, ἀντὶ τοῦ ἀεὶ φυλάσσεσθαι αὐτούς, καὶ ἀντεπιβουλεῦσαι ποτ' ἐκ τοῦ ὁμοίου μεταλάβετε*. Neque *ἐξισώσαντες* cum scholiasta interpretari *ἐξισωθέντες* sinit usus orationis pedestris, neque, ea ipsa interpretatione admissa, mens auctoris non valde obscura manet. Ego nil amplius requirerem, si facili mutatione rescriberetur: *ἀλλ' ἐξ ἴσου σωθέντες τοῖς ἄλλοις*, quo ducit tum praegressum *σωζεσθαι*, tum oppositum in sequentibus *ἐκ τοῦ ὁμοίου*.

Cap. 88 Ib. § 7. *περιηγγελλον δὲ καὶ τοῖς Σικελοῖς καὶ ἐς τὴν Ἔγεσταν [πέμψαντες ἐκέλευον] ἵππους σφίσιν ὡς πλείστους πέμπειν*. Qui haec de suo inseruit ignoravit verbum *περιαγγέλλειν* iungi solere cum Infinitivo. Cf. IV 8 *περιηγγελλον — βοηθεῖν*. Cf. I 116, II 10. Vide autem quam inelegantes scribatur: *πέμψαντες — πέμπειν*.

Cap. 89 extr. Cl. loco I 68, lacunam non male sic expleveris: *ἐπεὶ δημοκρατίαν γε καὶ ἐγιγνώσκομεν οἱ φρονοῦντές τι, καὶ αὐτὸς οὐδενὸς ἂν χεῖρον ὀσῳ καὶ (μέγιστα ἐγκλήματα ἔχω) λοιδορήσαιμι.*

Cap. 90 § 1 extr. *ἔπειτα καὶ τῆς Καρχηδονίων ἀρχῆς καὶ αὐτῶν ἀποπειράσοντες.* Male Reiske coniecit *καὶ Λιβύων* vel *καὶ Αἰγυπτίων*. Sensus: *vel ipsorum Carthaginiensium, populi tam potentis.* Malim tamen *καὶ αὐτῆς*. Non magis quam Reiske audiendus est ad h. l. Krüger.

Cap. 91 extr. *μάλιστα δὲ τῆς ἀπὸ τῶν ξυμμάχων προσόδου [ἧσσον διαφορουμένης]*. Dele interpretamentum, quod mala Graecitate facile arguitur. Graecum enim foret *ἧσσον προσιούσης*. — *Διαφορεῖν* Atheniensibus est *διαρπαζειν* non *διακομίζειν*. Ferrem tamen: *ἧσσον δὴ φερομένης*.

Cap. 92 § 1. *οὐδὲ ὑποπτεύεσθαι μου ἐς τὴν φυγαδικὴν προθυμίαν τὸν λογον.* An *ἐς τινα φυγ. προθ.*? † Ib. § 3. *τὴν οὐκ οὖσαν ἀνακτᾶσθαι.* Opponitur his verbis in praegressis *ἡ οὖσα ἔτι*, quare malim *τὴν οὐκέτ' οὖσαν*, praesertim quum sint obiectum verbi *ἀνακτᾶσθαι*. Cf. I 74 *ἡμεῖς δὲ ἀπο τε τῆς οὐκ οὐσης ἔτι ὁρμώμενοι κτέ.*

Cap. 93 § 1. Recte *τοιαῦτα* cod. *H*: cf. 88 extr. et adn. ad IV 21 pag. 52. — § 2. suppleverim: *ωστε τῇ (τ') ἐπιτειχίσει τῆς Δεκελείας προσεῖχον ἤδη τὸν νοῦν καὶ τω* (pro *τὸ*) *παραυτίκα καὶ τοῖς ἐν τῇ Σικελίᾳ πέμπειν τινὰ τιμωρίαν.* Mox in eadem § *(ποιεῖν οπῃ ἐκ τῶν παρόντων μάλιστα καὶ τάχιστά τις ωφελία ἥξει τοῖς ἐκεῖ)* non spernenda fortasse lectio cod. Vaticani *κάλλιστα*. Cf. supra c 38 § 3: *ὡς οὖν ἐν τάχει παρεσομένων ὁρᾶτε ἀπὸ τῶν ὑπαρχοντων ὁτω τροπῳ κάλλιστ' ἀμυνεῖσθ' αὐτούς.* — § 3. dele *πέμπειν* post *διανοοῦνται*.

Cap. 95. *ταλάντων οὐκ ἔλασσον πέντε καὶ εἴκοσι.* Post *ἔλασσον* excidisse videtur vocula *ἡ*, quae recte additur cap. 97 med. et alibi plerumque. In sqq. *οὐ κατέσχεν* sign.: *non assecutus est propositum*. Cf. Lysias III § 42, quem locum sine causa tentavi An. Crit. p. 57.

Cap. 96 extr. pro *παραγίγνωνται* malim *παραγίγνοιντο* ob praegressum *εἴησαν (εἶεν)*.

Cap. 99 § 2. *ὑποτειχίζειν δὲ ἄμεινον ἐδόκει εἶναι ἢ ἐκεῖνοι ἔμελλον ἀξειν τὸ τεῖχος καὶ, εἰ φθάσειαν, ἀποκλῄσεις γίγνεσθαι* Imo vero *ἀποκλῄσις*, ut recte alibi scribitur.

Cap. 100 § 1. *φυλὴν μίαν καταλιποντες φύλακα τοῦ οἰκοδομηματος.* Malim *φύλακας* s. *φυλακην*.

Cap. 101 § 2. *καὶ [διὰ] τοῦ ἕλους ᾗ πηλῶδες ἦν καὶ στεριφώτατον θύρας — ἐπιθέντες κτέ.* Gen. *τοῦ ἕλους* pendet ab adverbio loci *ᾗ*. Cf. adn. ad 103 § 1 et III 16 § 1: *Πελοποννησου ᾗ δοκοίη αυτοῖς.* § 3. *καὶ ὕστερον καὶ τὸ ὑπολειφθὲν [εἶλον* abesse malim*], καὶ μάχη ἐγένετο καὶ [ἐν αὐτῇ] ἐνίκων οἱ Ἀθηναῖοι.* Vocabula *ἐν αυτῇ*, et supervacua et addita praepositione male Graeca, nostro abiudico, praesertim cum varient libri. Vaticanus enim mutato ordine exhibet *ἐν αὐτῇ καὶ ἐνίκων*, dum in alio (*E*) prorsus desiderantur et alius (*H*) omittit praepositionem. Cf. I 29 v. fin. *ἐναυμάχησαν· καὶ ἐνίκησαν οἱ Κερκυραῖοι*, I 105 § 2 *ἐναυμάχησαν — καὶ ἐνίκων Ἀθηναῖοι — ναυμαχία γίγνεται — καὶ ἐνίκων Ἀθηναῖοι*: et ita constanter Thucydides.

Cap. 103 § 1. *[ἐκ] τῆς Ἰταλίας πανταχόθεν.* Genetivos suspensos ab adverbiis loci non ferebant Byzantini. Simili modo IV 26 med. *ἀπό* expulit, quod nunc video, Cobet ante me (An. Crit. p. 7). Cf. adn. ad 101 § 2. In verbis vicinis: *ἀπὸ τῶν Ἐπιπολῶν [καὶ] τοῦ κρημνωδους ἀρξάμενοι κτέ.*, copulam abesse malim, ut sensus sit: *ab Epipolarum parte confragosa*, cl. cap. 96: *ἐξῃρτηται (ἐξῆρται* Kr.*) γὰρ τὸ ἄλλο χωρίον καὶ μέχρι τῆς πόλεως ἐπικλινές τέ ἐστι καὶ ἐπιφανές πᾶν εἰσω (ἔσω?).* — In § 2 *καὶ τἆλλα προυχώρει αυτοῖς ἐς ἐλπίδας.* Non male *πάντα* liber Vaticanus, quod ob sqq.: *καὶ γὰρ οἱ Συρακοσιοι* vulgato praetulerim. Ex eodem libro cap. 104 § 3 recte Krüger recepit lectionem *καὶ* (pro *κατὰ*) *τὴν τοῦ πατρὸς ἀνανεωσαμενος* (pro *ποτε*) *πολιτείαν.* Compares VII 33 *ἀνανεωσαμενοί τινα παλαιὰν φιλίαν*, et V 43 *τὴν παλαιὰν προξενίαν ποτὲ οὖσαν — ἀνανεώσασθαι.*

Neque enim est in illa lectione ulla interpolandi suspicio. Qua non magis me iudice premitur in eadem § eiusdem libri scriptura: *καὶ τὰς ναῦς ὅσαι (μάλιστα) ἐπόνησαν ὑπὸ τοῦ χειμῶνος ἀνελκύσας ἐπεσκεύαζεν*. Pro vulgata tamen potius militat locus VII 38 *τοὺς τε τριηράρχους ἠνάγκαζεν ἐπισκευάζειν τὰς ναῦς εἴ τίς τι ἐπεπονήκει*.

Cap. 105 § 2. *ὅσον σχοντας μόνον* Ne forte *μονον* putes esse glossema adverbii praecedentis, cf. Arist. Vesp. 1288, Lys. 733. Mox § 3 cum Goellero probo Vaticani lectionem *ἄλλ' ἄττα*. Cf. I 113 § 1 et II 100 § 2.

IN LIBRO VII.

Cap I § 1. *παρέπλευσαν ἐς Λοκροὺς [τοὺς Ἐπιζεφυρίους]*. Ultima vocabula Lecapenus p. 76 citans verba: *ἐκ τοῦ Τάραντος — Λοκρούς* non videtur legisse. Valde mihi suspectum est hoc additamentum, praesertim post Tarenti mentionem plane otiosum. Neque usquam alibi apud nostrum hoc epitheton reperitur. Cf. IV 1 et 24, V 5, VI 44, VIII 91. Herodotum, cuius nota est verbositas, non aeque miramur scribentem VI 23 § 1: *Σάμιοί τε κομιζομενοι ἐς Σικελίην ἐγίνοντο ἐν Λοκροῖσι τοῖσι Ἐπιζεφυρίοισι καὶ Ζαγκλαίοι κτέ*. Quamquam, si vel unus codex omitteret, huic quoque ista abiudicarem.

Cap. 2 § 3. *ὁ δὲ Γέτα το τε τεῖχος ἐν τῇ παρόδῳ τῶν Σικελῶν λαβὼν καὶ ξυνταξάμενος ὡς ἐς μάχην ἀφικνεῖται πρὸς τὰς Ἐπιπολας*. Codd. variant inter *το τε*, *τέ τι*, *τοτε τὶ* et *τότε το*. Scribendum suspicor: *ὁ δὲ Γέτα* (nomen incertum. Cf. Goeller ad h. l.) *τι τεῖχος ἐν τῇ παρόδῳ τῶν Σικελῶν* (haec duo vocabula ob locum quo ponuntur valde incommodum mallem abesse) *λαβὼν*, [*καὶ*] *ξυνταξάμενος ὡς ἐς μάχην ἀφικνεῖται πρὸς τὰς Ἐπιπολάς*. Facinus memorabile (*τὸ λαβεῖν Γέτα*) et accessorium illud (*τὸ ξυντάξασθαι*) in libris perperam ponuntur *ἐκ τοῦ παραλλήλου*. Participia non

iuncta copulis, quod saepius observavimus, raro intacta evadunt sciolorum manus.

Cap 3 § 2. *ἀλλ' ἠσύχαζε πρὸς τω [ἑαυτῶν] τείχει* Variant libri inter *ἑαυτου* quod sententiae, et *ἑαυτῶν*, quod Grammaticae adversatur. Quinam murus significetur, omisso pronomine sat manifestum arbitror. Ibidem § 4 lege: *τῇ δ' ὑστεραίᾳ ἀγαγων* (pro *ἄγων*) *την μεν πλείστην τῆς στρατιᾶς παρέταξε κτέ*.

Cap. 4 § 1. *καὶ μετὰ ταῦτα ἐτείχιζον — ἄνω [πρὸς τὸ] ἐγκάρσιον τεῖχος αἴλουν*. Cf. VI 99 § 4. — Ib. § 5 *πρὸς τῷ λιμένι τω των Συρακοσιων* del. Kr.] *ἐφορμησειν* Abiicienda videtur praep. *προς*. Alt. quod longe malim rescanda audacter verba vitiosa et obscura: *προς τω λιμένι τῷ τῶν Συρακοσίων*. — In extremo capite abiecerim ultimum vocabulum *αὐτας*, quia verbum *καθιημι* cum obiecti accusativo construi posse non facile credam.

Cap. 8 § 1 extr.: *εἰ μη — μετατέλφουσιν ἢ — ἀπωστελοῦσιν, ουδεμίαν εἶναι σωτηρίαν*. Ordine directa foret *ουδεμία ἔσται s. ἂν εἰη σωτηρία*, quae lege *ουδεμιαν (ἂν) εἶναι σωτηριαν*. § 3. *καὶ οἱ μὲν ωχοντο φέροντες ὅσ ἀπέστειλε τὰ γράμματα καὶ ὅσα ἐδει αὐτους εἰπειν*. Fortasse recte haec verba sanavit Pluygers, in Mnem. VI p. 94 legendum proponens: *φέροντες ἃ ἐπέστειλε τὰ γράμματα καὶ ὅσα ἐδει αὐτοις εἰπειν*. Non tamen diffiteor mihi displicere verbosam orationem, quae facile interpolari potuit ex capite decimo. Quare reliquis abiectis longe malem: *καὶ οἱ μὲν ωχοντο, ὁ δὲ τὰ κατὰ τὸ στρατοπεδον διὰ φυλακης μᾶλλον ἤδη ἔχων ἢ δι' ἐκουσιων κινδύνων ἐπεμέλετο*. Haec demum oratio est bono digna scriptore! Acquiescam tamen in leni Pluygersi correctione.

Cap. 11 § 2. *τῇ δ' ὑστεραία*. An *ὑστέρᾳ*? Non certe apparet ex cap. 5 *postridie eius diei* decuo pugnatum esse.

Cap 12 extr. *φανεραὶ δ' εἰσιν ἀνατειρώμεναι* (naves Syracusanorum) *καὶ αἱ ἐπιχειρησεις ἐπ' ἐκεῖνοις καὶ ἀποξηρᾶναι τὰς σφετέρας μᾶλλον ἐξουσία*. Ultima vox an Thucydidis sit dubito. Ea omissa mente repetendum: *ἐπ' ἐκείνοις* (*ἐστὶν*).

Cap. 13 § 3. *ἐπ' αὐτομολίας προφάσει.* Plurimis coniecturis accedat haec mea: *ἐπ' ἀργυρολογίας προφάσει.*

Cap. 14 init. *ἐπισταμένοις δ' ὑμῖν γραφω ὁτι βραχεῖα ἀκμὴ πληρώματος καὶ ολίγοι [τῶν ναυτῶν] οἱ ἐξορμῶντες τε ναῦν καὶ ξυνέχοντες τὴν εἰρεσίαν.* Locum difficillimum vide an sic expedire possis, ut deletis vocabulis *τῶν ναυτῶν* adiectivum *ολίγοι* intellegas de trierarchis, quorum mentio modo facta est in fine cap. 13, et *εἰρεσίαν* collective dictum accipias pro *τοὺς ἐρέτας.* Verte: *et paucos esse qui navem deducentes eius remiges secum retinere possint.* Cf. Xen. Cyropaed. VII 5 § 70. Quae mox sequuntur verba depravatissima: *αλλ' ἀνάγκη ἀφ' ὧν ἔχοντες ἤλθομεν τά τε ὀντα καὶ ἀπαναλισκομενα γίγνεσθαι* sic tento: *τὰ δέοντ' ἀεὶ απαναλισκομένων γίγνεσθαι.*

† Cap. 17 § 2. *οἱ γὰρ Κορίνθιοι — παρεσκευάζοντο αυτοί τε ἀποστελοῦντες ὁπλίτας ἐς τὴν Σικελίαν καὶ ἐκ τῆς ἀλλης Πελοποννήσου οἱ Λακεδαιμόνιοι τῷ αὐτῷ τρόπῳ.* Post haec verba non fero, quod magistelli de suo post *τρόπῳ* addiderunt participium *πέμψοντες.* †

Cap. 18 § 1. *τὴν ἀπὸ τῶν Ἀθηναίων βοηθειαν.* Graecum est aut *τὴν τῶν Ἀθ. βοηθειαν*, aut, quod hic reponendum *τ. ἀπὸ τῶν Ἀθηνῶν β.* Idem error commissus est I 42 § 1, II 86 § 4, 92 § 4 et VII 18 § 1 ob scripturae compendium male intellectum. Vide Cobetum Mnem. III. p. 387. — Ib. § 3. *καὶ ἐνεθυμοῦντο την τε περὶ Πύλον ξυμφορὰν καὶ εἴ τις ἀλλη αὐτοῖς γένοιτο.* Nullus locus optativo iterativo qui dicitur. Scribatur *ἐγεγένητο*, quae lectio leviter depravata in *ἐγεγένοιτο* exstat in Vaticano codice.

Cap. 19 § 1. *διελόμενοι [τὸ ἔργον].* Vide adn. ad II 77.

Cap. 21 § 1. *ναυμαχίας ἀπόπειραν λαμβάνειν.* Locutio mihi suspecta minus propterea quod *ἀπόπειρα* apud reliquos scriptores Atticos non legitur quam quia Thuc. dicere solitus *πεῖραν* (*πρόπειραν*) *ποιεῖσθαι*, non *λαμβάνειν*, potius scripturus fuisse videtur *ἀπόπειραν ποιεῖσθαι.* Nec tamen haec argumenta, quae non gravissima esse sentio, me valde moverent nisi

viderem in cod. *H*, qui saepius lectiones obtulit haud spernendae bonitatis, ipsum illud *λαμβάνειν* desiderari. Unde subnata mihi suspicio accentum male positum fraudi fuisse correctoribus, Thucydidem autem scripsisse *ναυμαχίας ἀποπειρᾶν*, quemadmodum VII 17 extr. scribitur: *ὁπως ναυμαχίας τε αποπειρασωσι*, ubi malim *ἀποπειράσουσι.* — Ib. § 2. *λέγων οὐδ' ἐκείνους πατριον τὴν ἐμπειρίαν οὐδὲ ἄϊδιον τῆς θαλάσσης ἔχειν [ἀλλ'] ἠπειρώτας μᾶλλον τῶν Συρακοσίων ὄντας καὶ ἀναγκασθέντας ὑπὸ Μήδων ναυτικοὺς γενέσθαι.* Voculam *ἀλλὰ*, quae abest a Vaticano, adscriptam suspicor a sciolo, qui non intelligens verbum *γενέσθαι* pendere ab *ἀναγκασθέντας* construeret: *λέγων οὐδ' ἐκείνους — ἔχειν — γενέσθαι.* Loco iam depravato haud absurde opitulatus est qui olim corrector post *ὀντας* abiecit copulam: quam rem testantur codd. quidam deteriores, a quibus abest. — § 5 *ἰέναι οὖν ἐκέλευεν ἐς τὴν πεῖραν [τοῦ ναυτικοῦ] καὶ μὴ ἀποκνεῖν.* Aliquanto elegantius haec dicta erunt, abiectis quae inclusi cancellis. Confirmabit coniecturam ipse Thuc. infra cap. 42 scribens: *ἠπείγετο ἐπιθέσθαι τῇ πείρᾳ κτέ.*

Cap. 23 § 1. *προσπεσὼν αἰφνιδίως.* Adverbii usum suspectum reddunt loci, quales sunt IV 75 *κατελθοντος αἰφνιδίου*, VI 49 *αἰφνίδιοι ἦν προσπέσωσιν* (ubi tamen in optimis est *αἰφνίδιον*), VIII 14 *αφικνοῦνται αἰφνίδιοι* et ib. 28 *προσβαλοντες — αἰφνίδιοι.* Mutatione paene nulla loco, quem tractamus, scribi possit *αἰφνίδιος* et similiter V 8 et 9 (*ἐβουλεύετο ἐπιχειρεῖν αἰφνιδίως* et *ἄγων αἰφνιδίως*). Paullo magis adverbio favent duo loci IV 96 *ὑπερφανέντων αἰφνιδίως* et VII 3 *αἰφνιδίως — ἐπιοντων.* — § 2 *ἐς τὸ στρατοπεδον ἐξεκυμίζοντο.* Propter addita verba *ὅσοι καὶ ἐς τὰ πλοῖα — κατέφυγον* corrigam *διεκομίζοντο.* Mox importune inserta copula verbis *ὑπὸ τριήρους μιᾶς [καὶ] εὖ πλευσάσης.* — § 3. *τὰς τῶν Ἀθηναίων [ναῦς].* Ultima vox rectissime abest a codice Parisino *H* [1]), cui libro inter alias

1) Quidni igitur magistellis tribuamus, quod II 89 § 5 post *ὀλίγαις* legitur

bonas scripturas debetur vera lectio loci 24 § 2 *ἅτε γὰρ ταμιείῳ χρωμένων*, ubi reliqui omnes Ionum more servant *ὡστε*. Ex eodem libro cap. 34 § 2 recipiendum *τοῦ χωρίου — ἐν* (pro *ἐφ'*) *ᾧ ὥρμουν*, cl. § 7. Aliud enim est *ἐφορμεῖν*.

Cap. 25 § 3. *ἔς τε Λοκροὺς μετὰ ταῦτα ἦλθον* (Syracusanorum naves) *καὶ ὁρμουσῶν αὐτῶν* (fort. *αὐτοῦ*) *κατέπλευσε μία τῶν ὁλκάδων ἄγουσα Θεσπιέων* (l. *Θεσπιῶν*) *ὁπλίτας, καὶ ἀναλαβόντες αὐτοὺς οἱ Συρακόσιοι ἐπὶ τὰς ναῦς παρέπλεον ἐπ' οἴκου*. Difficile fuerit *παραπλεῖν* Locris Syracusas: de toto saltem cursu id verbum usurpari non potuit. Ideirco e Vaticano recipiendum duco *ἔπλεον*, licet non negem fortasse in *παρέπλεον* latere *ἀπέπλεον*. — § 5. *ὥσπερ περὶ ἕρμα*. Cf. Dio C. XLIII 31 § 3. — § 7. *ἔπεμψαν — ἀγγέλλοντας*. Ita male editur pro *ἀγγελοῦντας*, nec melius VI 88 § 11 *πέμπειν — κωλύοντας* pro *κωλύσοντας*. Succenseas editoribus plus tribuentibus codicum scil. fidei, quae in talibus nulla est, quam sanae rationi, quae apud nullum populum plus valuit quam apud Graecos. Et his quidem locis dissentiunt quibus tantum tribuunt testibus. In compluribus enim servata est vera lectio. — In extremo capite abesse malim vocabula *ἐν τῇ Σικελίᾳ*.

† Cap. 27 § 1. *διενοοῦντο αὐτοὺς* (Thraces) *πάλιν ὅθεν ἦλθον* [*ἐς Θρᾴκην*] *ἀποπέμπειν*. † (Cf. I 89 *διεκωμίζοντο εὐθὺς ὅθεν ὑπεξέθεντο παῖδας καὶ γυναῖκας*. — Deinde e cod. Vaticano recipiam *δραχμὴν γὰρ τῆς ἡμέρας ἐλαμβανον* (pro *ἐλάμβανεν*), qui legitimus usus Plur. numeri post *ἕκαστος* quoties a scribis obliteratus sit difficile dictu est. § 2. *ἡ Δεκέλεια — φρουραῖς ἀπὸ τῶν πόλεων κατὰ διαδοχὴν χρόνου ἐπιούσαις τῇ χωρᾳ ἐπῳκεῖτο*. Male abundat *χρόνου* in formula *κατὰ διαδοχήν*. Cf. IV 857 et VII 82 § 2. Repetita praepositione reponendum: *κατὰ διαδοχήν* (*διὰ*) *χρονου κτέ.* i. e. *interlapso aliquo tempore*. — § 3. *τοτε δὲ ξυνεχῶς*

ναυσίν et 91 § 1 *ναῦς* post *ἕνδεκα* atque ibidem *νεώς* post *μιᾶς*, nempe § 2 *ναῦς* post *Λευκαδία*, ut plura eiusdem generis memorare supersedeam.

ἐπικαθημένων καὶ οτε μεν καὶ πλεονων (l. *πλειόνων*) *ἐπιοντων, οτὲ δὲ ἐξ ἀναγκης τῆς ἰσης φρουρᾶς καταθεούσης τε τὴν χωραν καὶ λῃστείας ποιουμένης*. Sensu vacuum est *ἰσης*, pro quo substituendum videtur *πάσης*, i. e. *ὅλης*. — § 4. lege *πλεῖν* (pro *πλέον*) *η δύο μυριαδες*. Cf. Moeris i. v. *πλεῖν η μύριοι*.

Cap. 28 § 1. *η — παρακομιδὴ θασσον ουσα — πολυτελὴς ἐγίγνετο*. Optimi libri exhibent *θασσων*. Similiter VII 4 § 4 *ῥᾷον αυτω ἐφαίνετο η ἐσκομιδὴ — ἐσεσθαι* in plerisque nec pessimis est *ῥᾶων*, quod recepit Bekker. Idem IV 10 § 3 cum nonnullis codd. dedit: *μὴ ῥαδίας* (pro *ῥᾳδίως*) *αυτω παλιν ουσης της αναχωρησεως*. Ut cf. II 14 extr. *χαλεπῶς — ἡ ἀνάστασις* (fort. *μετανάστασις*) *ἐγίγνετο*, V 16 *ου ῥᾳδίως τὰς μεταναστασεις ἐποιουντο*, III 13 *η μέντοι ἀποστασις ἡμῶν θᾶσσον γεγένηται καὶ ἀπαρασκευος κτέ*. Ut certa est trium ultimorum locorum lectio, ita ambigitur utrum verius sit tribus primis. Mihi quidem praeplacet adiectivum. Cf. III 97 § 1: *ὡς εἰη ῥαδια η αἵρεσις*, quo loco libri non variant. — § 2. *ἐς φιλονεικίαν* (l. *φιλονικίαν*) — *τοιαύτην ην — ηπίστησεν ἂν τις ἀκούσας*. Malim *οἵαν*.

Cap. 29. *καὶ ἐπιπεσοντες διδασκαλείῳ παίδων, ὅπερ μέγιστον ην αυτοθι καὶ ἀρτι ἔτυχον* [*οἱ παῖδες*] *ἐσεληλυθότες*. Alio ordine Vaticanus: *ἐσεληλυθοτες οἱ παῖδες*, quo magis credo vocabula *οἱ παῖδες*, quae facile subaudiuntur e praegresso *παίδων*, esse insiticia.

Cap. 30 § 1. *ἐπὶ τὸν Εὐριπον* [*καὶ την θαλασσαν*]. — § 2. *τῶν τ' ἐν τοῖς πλοίοις ὡς ἑωρων τὰ ἐν τῇ γῇ — ὁρμισάντων ἔξω τοξεύματος τὰ πλοῖα*. Placet scriptura cod. *H*, quam agnoscunt Valla et Scholiasta, *ἀνορμισαντων*.

Cap. 31 § 1. *αφικομενος* [*ὁ Δημοσθένης*]. — § 3. *πέμπειν οὖν ἐκέλευεν αὐτοὺς ναῦς, ὡς ουχ ἱκανὰς οὔσας δυοῖν δεούσας εἰκοσι ναυμαχεῖν*. Haud spernenda lectio cod. Vaticani *εἶναι* (vide v. c. IV 98 med.), quam non intellectam in *οὔσας* mutatum suspicor. Idem accidit VI 1 extr.: *διείργεται το μὴ ἠπειρος εἶναι*, ubi solus *H* servavit veram lectionem pro *οὖσα*.

Cap. 34 § 6. *τροπαῖον ἔστησαν* [*ὡς νικῶντες*] et § 7 *ἔστησαν τροπαῖον* — [*ὡς νικήσαντες*]. Vide ad II 92 § 3. Hoc emblemate male turbatur legitimus verborum ordo. — Ad § 2 cf. adn. ad cap. 23 § 3 extr. — § 6 *ἀποπλευσάντων δὲ* [*τῶν Ἀθηναίων*].

Cap. 36 § 2. *ὥπερ τρόπῳ καὶ οἱ Κορίνθιοι ἐπισκευασάμενοι* [*πρῳραθεν*] *ἐναυμάχουν*. Th. saltem scripsisset *τὰ πρῳραθεν*. Sed procul dubio est additamentum petitum e sequentibus. — Apud Schol. ad § 5 *ὥστε μὴ περιπλεῖν* corrige *περιττὴ δὲ πρὸς τὸ μὴ περιπλεῖν ἡ μὴ* (pro *μία*) *ἀποφασις*.

Cap. 42 § 5. *ὅτι τάχος* alienum videtur ab idiomate Thucydideo. Malim *ὅτι τάχιστ'*.

Cap. 44 § 6. *ωστ' εἰ μέν ἐντύχοιέν* (Athenienses) *τισι κρείσσους ὄντες τῶν πολεμίων, διέφευγον* (hostes) *αὐτούς* (Athenienses) *ἅτε ἐκείνων* (Atheniensium) *ἐπιστάμενοι τὸ ξύνθημα, εἰ δ' αὐτοὶ μὴ ἀποκρίνοιντο, διεφθείροντο*. Parum probabile est tam perplexe et obscure scripsisse Th., ubi plane et perspicue poterat: *διέφευγον οὗτοι ἅτε κτέ*. Verbum *διαφεύγειν* absolute ponere amat Th. Vide v. c. cap. 59; melius autem in hac scriptura sibi respondebit tum *διέφευγον — διεφθείροντο*, tum *οὗτοι — αὐτοί*.

Cap. 47 § 2. *καὶ τὸ χωρίον ἅμα ἐν ᾧ ἐστρατοπεδεύοντο ἑλῶδες καὶ χαλεπὸν ἦν*. Hic quoque verius videtur *ἐστρατοπέδευντο*. Cf. ad I 62 in. p. 12 et ad IV 26 § 2 p. 53.

Cap. 48 § 3. *τῳ δ' ἐμφανεῖ τοτε λογῳ* (Nicias) *οὐκ ἐφη ἀπάξειν τὴν στρατιαν, εἰ γὰρ εἰδέναι οτι Ἀθηναῖοι σφων ταὐτ' οὐκ ἀποδέξονται ὥστε μὴ αὐτων ψηφισαμένων ἀπελθεῖν, καὶ γὰρ οὐ τοὺς αὐτοὺς ψηφιεῖσθαι περὶ σφων αὐτῶν καὶ τὰ πράγματα ὥσπερ καὶ αὐτοὶ ὁρῶντας καὶ οὐκ ἄλλων ἐπιμήσει ἀκούσαντας γνωσεσθαι ἀλλ' ἐξ ὧν ἄν τις εὖ λέγων διαβάλλοι ἐκ τούτων αὐτοὺς πείσεσθαι*. Diu multumque de loco impeditissimo cogitans non aliud reperio remedium satis efficax quam ut, resectis alienae manus additamentis, quibus locum difficiliorem obnoxium fuisse mirum non est, corrigamus: *καὶ γὰρ οὐ τούτους* (Athenienses) *αὐτοὺς*

περὶ σφῶν αὐτῶν καὶ τὰ πράγματα ὥσπερ καὶ αὐτοὶ (i. e. Nicias cum suis) *ὁρῶντας καὶ οὐκ ἄλλων ἐπιτιμήσει ἀκούσαντας γνώσεσθαι, ἀλλ' ἐξ ὧν ἄν τις εὖ λέγων διαβάλλοι ἐκ τούτων πείσεσθαι*, i. e. *non enim hos de se ipsis veram rerum conditionem, quemadmodum ipsi milites facerent, videntes neque ex alienis criminationibus qualis ea esset audientes, sententiam esse laturos, sed speciosis malevolorum calumniis morigeraturos*. Fieri tamen potest ut mutato non deleto pronomine *αὐτούς* ultima sic corrigenda sint: *ἐκ τούτων αὐτοὶ πείσεσθαι*, (a verbo *πάσχω*) hoc sensu: *sed ipsos* (Niciam cum suis), *prouti cuique se calumniare placuisset, poenas daturos esse*. Ceterum comparetur Diodorus XIII 12: *ἐὰν ἄνευ τῆς τοῦ δήμου γνώμης ἀποπλεύσωσιν ἐς τὴν πατρίδα κίνδυνον αὐτοῖς ἐπακολουθήσειν ἀπὸ τῶν εἰωθότων τοὺς στρατηγοὺς συκοφαντεῖν*.

Cap. 49 § 1. l. *τοιαῦτα καὶ ἅμα ταῖς γοῦν ναυσὶν ἡ πρότερον θαρσήσει κρατηθείς*. Mera aenigmata! An. Crit. p. 10 conieci (*μᾶλλον*) *ἡ πρότερον ἐθάρσησε* (cum Vat.) *κρατῆσειν*. Postea suspicabar: *καὶ ἅμα ταῖς γοῦν ναυσὶν μᾶλλον θαρσήσας κρατῆσειν* in archetypo fuisse existimans *ἡ πρότερον μᾶλλον*. Italus habet *θαρσήσας* sed correctus. Et haec coniectura propius aberat a vero. Nunc enim verum esse puto: *καὶ ἅμα ταῖς γοῦν ναυσὶ μᾶλλον θαρσήσας*. Ad *μᾶλλον* olim adscriptum videtur interpretamentum *ἡ πρότερον κρατηθείς* i. e. *quam antea victus*, eaque verba pro *μᾶλλον* in textum se insinuarunt. Schol. scribens: *θαρσήσας νῦν δηλονοτι μᾶλλον ἡ πρότερον κρατηθεὶς καὶ νικηθεὶς* ante oculos habuisse videtur: *θαρσήσας μᾶλλον ἡ πρότερον κρατηθείς*. — § 3. *ταῖς τε ναυσὶν* [*ἐν πελαγει καὶ*] *οὐκ ἐν στεροχωρίᾳ, ἡ πρὸς τῶν πολεμίων μᾶλλον ἐστι, τοὺς ἀγῶνας ποιησονται ἀλλ' ἐν εὐρυχωρίᾳ, ἐν ᾗ τὰ τε τῆς ἐμπειρίας χρησιμα* [*σφῶν*] *ἔσται καὶ ἀναχωρησεις κτέ*. Dele turpe emblema, quod ferri nequit propter sequentia *ἀλλ' ἐν εὐρυχωρίᾳ, ἐν ᾗ*, pro quibus fortasse erunt qui suspicentur: *ἀλλ' ἐν πελαγει ἐν ᾧ κτε*.

† Ib. § 4. *ὑπόνοια μή τι καὶ πλέον εἰδὼς ὁ Νικίας ἰσχυρίζηται.* Requiro: *ἰσχυρίζεται.* Cf. VII 53 *νῦν δὲ φοβούμεθα μὴ ἀμφοτέρων ἅμα ἡμαρτηκαμεν.* In vicinis *ὄκνος τις καὶ μέλλησις ἐνεγένετο* praefero Vaticani aliorumque quorundam librorum lectionem *ἐγένετο* et dubito an genuina sint vocabula *καὶ μέλλησις*, quia vix aliud h. l. significat *ὄκνος*. Quod ad prius attinet, loco II 21: *καὶ ἱππομαχία τις ἐνεγένετο βραχεῖα ἐν Φρυγίοις* Krügero assentior corrigenti *ἐγένετο*. Illa lectio e dittographia orta esse videtur, nam syllabas $\overline{\epsilon\gamma}$ et $\overline{\epsilon\nu}$ vix dignoscas.

Cap. 50 § 1. Cum codd G. K. post *πολλὴν ἔχων* dele *ἦλθεν* et cogitando e praegresso *παρῆσαν* (nam sic l. pro *παρῆσαν*) repete *παρῆειν*. — Cap. med. malim: *μετεμέλοντό τε πρότερον οὐκ (ἀπ)αναστάντες* pro *ἀναστάντες*. Paullo ante in verbis *καὶ οἱ μὲν Συρακόσιοι εὐθὺς αὐτῶν ἐλθόντων παρεσκευάζοντο ὡς ἐπιθησόμενοι — τοῖς Ἀθηναίοις* pronomen *αὐτῶν* melius, ni fallor, abesset.

† Cap. 52 § 1. Interpretamento laborare videntur § 2 verba *ἐν τω [κοίλῳ καὶ] μυχῳ τοῦ λιμένος*. Cf. VII 4. † Minus recte Bothe delet *καὶ μυχῷ*. Quae sequuntur sic legisse videtur Diodorus XIII 13 eiusve auctor: *καὶ αυτον τε διαφθείρουσι καὶ τὰς μετ' αὐτοῦ ναῦς ἐπισπομένας (ἑπτά)· ἔπειτα δὲ κτε.*

Cap. 53 § 1. *ἔξω τῶν σταυρωμάτων [καὶ τοῦ ἑαυτῶν στρατοπέδου]*. Vide ne sit annotatiuncula petita e cap. 69 extr. — § 4 *ὁλκάδα — γεμίσαντες — ἀφεῖσαν [τὴν ναῦν]* Obiectum verbi *ἀφιέναι* est *ὁλκάδα*.

Cap. 56 med. supple: *τοὺς μέν (ἀν) ἐλευθεροῦσθαι κτέ.* et mox pronomen expunge in verbis *καὶ αυτοὶ δοξαντες [αυτῶν] αἴτιοι εἶναι*. Vaticanus: *αἴτιοι αυτῶν*.

Cap. 58 § 1. *ἀπὸ τοῦ πρὸς τὸν Τυρσηνικὸν ποντοι [μορίου]*. Vide adn. ad II 65 § 8. — § 2 recte olim in Ex. Crit. p. 158 delebam verba: *δύναται δὲ τὸ νεοδαμώδες ἐλεύθερον ἤδη εἶναι*. Quibus autem illic disputavi adde, ne Scholiastam quidem ea vocabula legisse, quippe qui ita profecto annotare supersedisset: *νεοδαμώδης ὁ ἐλεύθερος παρὰ τοῖς Λακεδαιμονίοις*.

Cap. 61 § 1: *ἢν γὰρ κρατησωμεν νῦν ταῖς ναυσίν, ἔστι τῳ τὴν ὑπάρχουσαν που οἰκείαν πόλιν ἐπιδεῖν*. Lege *ἔσται*.

Cap. 64 *εἴ τε ξυμβησεταί τι ἄλλο [ἢ τὸ κρατεῖν] ὑμῖν*. Obscurarunt magistelli h. l. usum euphemisticum adiectivi *ἄλλος*. Sinceram loci scripturam novit Scholiasta, quod docet eius adnotatio: *εὐφημωτατα ἠνίξατο τὴν ἧτταν*.

Cap. 65. *ἐπειδὴ ἑτοῖμα πάντα ἦν*. Alii codd *πάντα ἑτοῖμα*. Lubens deleverim *πάντα*, quod in hac formula apud Thuc. abesse solet. Cf. II 56, VII 50, alibi passim. Similiter sine subiecto dicitur *ἀδύνατα ἦν* III 88, *ἐφαίνετο εὔπορα καὶ πιστὰ* VIII 48, *εὐφυλακτότερα ἐγίγνετο* VIII 55, *εὔπορα νομίσαντες* VIII 56, *ῥᾴδια* IV 108, *ἐνδεᾶ ἐφαίνετο* I 102, *ὑποδεέστερα* et *ἐνδεέστερα* I 10, *πλοϊμωτέρων ὄντων* I 7, alia. Quo usu scribendi moveor ut VII 75 extr. *πάντα ταῦτα αυτοῖς οἰστὰ ἐφαίνετο* suspecta habeam vocabula *πάντα ταῦτα*, quae Suidas omittit. In praegressis dele *ἂν* post *ὅπως*.

Cap. 69 § 2 *ὁρῶν οἷος ὁ κίνδυνος καὶ ὡς ἐγγὺς ἤδη [ἦν]*. Recte verbum omittit Vaticanus. In verbis sequentibus: *πάντα τ' ἐργῳ ἔτι σφίσιν ἐνδεᾶ εἶναι καὶ λογῳ [αυτοῖς], οὔπω ἱκανὰ εἰρῆσθαι* pronomen mihi suspectum est.

Cap. 70 § 3 *ὅτε προσπέσοι ναῦς νηί*. Cum Vaticano scribe *οποτε*, quod sensu frequentativo usurpari solet a Thucydide. Exempla ubique obvia. — § 6 *ξυνετύγχανέ τε πολλαχοῦ διὰ τὴν στενοχωρίαν τὰ μὲν ἄλλοις ἐμβεβληκέναι, τὰ δ' αυτοὺς ἐμβεβλῆσθαι* Quomodo haec non pugnant cum iis quae modo scriptor dixit § 4 *αἱ μὲν ἐμβολαὶ — ὀλίγαι ἐγίγνοντο κτέ.*? Expectaveram *προσβεβληκέναι* et *προσβεβλῆσθαι*. Cap. extr. dele *Ἀθηναίους*.

Cap. 71 § 1. *ἀνεθάρσησαν ἄν*. Vocula *ἄν* sensu iterativo, licet Graecis sit valde usitata, nusquam, nisi fallor, usus est Thuc. Quare recte abesse videtur a Vaticano. Dittographia facile nasci potuit.

Cap. 73 § 1. *Ἑρμοκράτης δὲ [ὁ Συρακοσιος]*. Additamentum non minus ineptum quam si in hoc libro scriberetur

Νικίας vel *Λάμαχος* vel *Ἀλκιβιάδης ὁ Ἀθηναῖος*. — § 2 *σφῶν πείθεσθαι* in scriptore Attico non ferendum: corrige *σφίσι*. In vicinis Ex. Crit. p. 158 *οὐκέτι ἔπειθεν* dittographia corruptum esse ex *οὐκ ἔπειθεν* demonstrabam, post Krügerum, ut nunc intelligo.

Cap. 75 § 4. *εἰ τῳ δὲ προλίποι ἡ ῥωμη [καὶ] τὸ σῶμα*. Verbum *προλείπειν* ubique est transitivum neque unquam ponitur pro *ἐπιλείπειν*. Et quid est *προλείπει τὸ σῶμα*? Sequitur: *οὐκ ἄνευ ὀλίγων ἐπιθειασμῶν*. Num *οἰκτρῶν*? Sed cur augeam incertarum in h. l. coniecturarum numerum iam nimis magnum? In Vallae codice fuisse *πολλῶν* ex eius versione iam dudum intellectum est, et hanc lectionem fortasse recipiam. † Initio cap. malim *ἡ (ἀπ)ανάστασις ἤδη τοῦ στρατεύματος κτέ*. Nam solemni usu *ἀπανίστασθαι* dicitur exercitus qui ab urbe obsessa re infecta abducitur. Vide v. c. I 140 § 4 et adn. ad cap. 50 med.

Cap. 77 § 6. *σπουδὴ δ' ὁμοίως καὶ νύκτα καὶ ἡμέραν ἔσται τῆς ὁδοῦ*. L. *ἔστω*. Cf. in praegressis *φυλάξατε*.

Cap. 78 init. *τοιάδε*, ubi expectares *τοιαῦτα* ex usu paene constanti Thucydidis. Legitur tamen I 43 extr. *τάδε* pro *ταῦτα*. Paullo diversus est locus I 143 extr. Similiter II 34 *ὧδε* pro *οὕτω*, VI 78 *τοιάδε* pro *τοιαῦτα*, V 6 § 1 *τοσηνδε* pro *τοσαύτην*. Haec exempla adde iis quae collegit Dobree (in indice) Adv. I 1 p. 118 sq.

Cap. 79 § 2. *δικνοῦντο γὰρ ῥᾷον οἱ ἄνωθεν*. Requiro id ipsum, quod Scholiasta ponit interpretamenti loco, *ἐξικνοῦντο*.

Cap. 81 § 2. *ὑστεροις τε [οὖσι] καὶ σχολαίτερον καὶ ἀτακτότερον χωροῦσι κτέ*. Non facio cum Krügero reponenti *ὄντες*, quod male abundaret propter sequens part. *χωροῦσι*. Deleverim *ΟΥΣΙ* sive dittographia natum ex *ΟΙΟΥ*, sive additum a sciolo, qui non ferret adiectiva et adverbia cum eodem verbo iuncta *ἐκ τοῦ παραλληλου*. Cf. § 4 *διὰ τὸ ὑστέρῳ ἀναχωροῦντι αὐτῷ πρώτῳ ἐπικεῖσθαι τοὺς πολεμίους*. — § 6 *τὸ γὰρ ἀποκινδυνεύειν πρὸς ἀνθρώπους ἀπονενοημένους οὐ πρὸς ἐκείνων μᾶλλον ἦν [ἔτι] ἢ πρὸς τῶν Ἀθηναίων*. Non magis

unlea id ex re illorum fuerat, quare dele *ἔτι*, quae vocula nata videtur e literis sqq. (*ETI* ex *HΠ*).

Cap. 82 p. fin. male repetitum *ασπίδας* ante *τέσσαρας* delerim.

Cap. 83 § 1. *οσα ανάλωσαν χρηματα Συρακοσιοι — αποδοῦναι*. Verius videtur *ἀναλώ(κε)σαν*.

Cap. 84 ven. fin. *περί τε τοῖς δορατίοις καὶ σκεύεσιν οἱ μὲν ευθὺς διεφθείροντο*. Expectes potius *ξύστοις* vel *ξίφεσιν* vel aliquid eiusmodi.

Cap. 86 § 3. *τοὺς γὰρ ἐκ τῆς νησου ἄνδρας τῶν Λακεδαιμονίων*. Duo ultima vocabula ab ipso Thucydide adscripta esse non praesto.

IN LIBRO VIII.

Cap. I vers. fin. *ἀλλὰ παρασκευάζεσθαι καὶ ναυτικὸν — καὶ τὰ τῶν ξυμμάχων ἐς ἀσφάλειαν ποιεῖσθαι*. Male Krüger excidisse suspicatur *καὶ πεζόν*. Cf. cap. IV, ubi de peditibus nulla mentio. Sed transponatur aut: *ἀλλὰ καὶ ναυτικὸν παρασκευάζεσθαι* aut *ἀλλὰ καὶ παρασκευάζεσθαι ναυτικόν*.

Cap. 3 med. *ἐς τε τὴν ξυμμαχίαν ἐπειρᾶτο προσάγειν*. Non male Krüger suspicatur *προσάγεσθαι*. Sed fortasse leniore manu corrigendum *προάγειν*, i. e. *sollicitare*.

Cap. 4 *τὸ — τείχισμα ἐκλιπόντες ὁ ἐνῳκοδομησαν παραπλέοντας ἐς Σικελίαν*. Malim: *ἐνῳκοδομησάσαν*. Quam sint librarii Plusquamperfectis infesti saepe potest observari

Cap. 5 extr.: *ἡ ζωντα ἄξειν ἢ ἀποκτεῖναι*. Pars codicum *ἀποκτείνειν*, in quo latet *ἀποκτενεῖν*.

Cap. 7 § 1. *πάντες γὰρ κρύφα αὐτῶν ἐτρεσβεύοντο* (Chii). Lege *πάντα*.

Cap. 10 § 3. *θορυβος τ' ἐγένετο τολὺς καὶ ἄτακτος*. Ridiculum est *θορυβος ἄτακτος*, quasi *εὔτακτος* esse possit. Simple: *καὶ (μαχη) ἄτακτος* et compara II 49 *πανταχῇ μὲν οὖν τολὺς θορυβος καὶ ταραχωδὴς ἦν ἡ ναυμαχία*.

† Cap. 15 init. *αγγελία τῆς Χίον ἀφικνεῖται.* Cl. loco I 61 § 1 aliisque similibus suspiceris post *ἀφικνεῖται* excidisse: *ὅτι ἀφίσταται* sive *ὅτι ἀφέστηκεν.* †

Cap. 18 post verba *ην μη ἀμφοτέροις δοκεῖ* nescio an delenda sint, utpote illorum interpretamentum, *βασιλεῖ — ξυμμάχοις.*

Cap. 24 § 5. *ἐνεχείρησάν τινες πρὸς Ἀθηναίους ἀγαγεῖν τὴν πόλιν.* Legendum *ἀναγαγεῖν*, i. e. *reducere.*

Cap. 25 extr. l. *ἂν προσχωρῆσαι* et infra cap. 70 § 1 *οὐκ ἂν ἡσυχασαι.*

Cap. 27 § 1. *βουλομένων τῶν ξυναρχόντων ὑπομείναντας διαναυμαχεῖν.* Schol. *ἀντὶ τοῦ ὑπομεινάντων.* Potius quam Accus. ferrem Nominativum *ὑπομείναντες.* Toto coelo diversa sunt exempla quae affert Krüger Gr. 55, 2, 7. Prope finem delentur nomen proprium *Φρύνιχος*, et deinde vide an scribendum sit: *ἀπὸ τῆς Μιλητου ἀπανέστησαν.*

† Cap. 28 § 3. *Ἀμοργην ζωντα λαβόντες [Ἱπποσθένους νόθον υἱὸν ἀφεστῶτα δὲ βασιλέως].* Dele scholium petitum e cap. 5 extr. † eo hoc loco ineptius, quod § 2 sine ulla hominis descriptione praecesserant verba: *Τισσαφέρνης πείθει αὐτοὺς ἐπ᾽ Ἴασον, ἐν ᾗ Ἀμοργης πολέμιος ων κατεῖχε πλεῦσαι.* Rectissime: nam confidebat historicus lectorum suorum memoria, nostra fortasse aliquanto fideliore. † In extr. cap ante *αὐτοῦ* dele eius adverbii interpretamentum *ες τὴν Μίλητον.* † Graece saltem scribendum foret *ἐς την Μίλητον αυτοσε* vel *ἐν τῇ Μιλητῳ αυτοῦ.*

Cap. 29 § 1. *ἐπειδὴ τὴν Ἴασον κατεστησατο ὁ Τισσαφέρνης [ἐς] φυλακην.* Dele praep. dittographia natam. Cf. III 92 et VIII 62. — § 2. *Ἑρμοκράτους δ᾽ ἀντειπόντος [τοῦ Συρακοσίου στρατηγοῦ].* Similiter cap. 23 § 1 post *Ἀστυοχος δὲ* nescio an verba *ὁ Λακεδαιμονιος ναύαρχος* genuina non sint Cf. cap. 20 § 1. Otiosa esse negari non potest.

Cap. 30 extr. *τριακοντα ναῦς ἐχοντες καὶ — ὁπλιτῶν μέρος [ἀγαγόντες].* Emblema esse otiosum participium, quod Valla non legit, confirmatur perverso usu Aoristi.

Cap. 31 med. *προσβολην* (cum Cobeto pro *ἐσβολην*) *ποιησάμενος τῇ πόλει αὐτῃ ἀτειχίστῳ, [καὶ] ου δυνάμενος ἑλεῖν ἀπέπλευσεν.* Copulam et h. l. abesse malim.

Cap. 36 med. *τὰ — χρήματα ὑπῆν τοῖς στρατιώταις.* Et hic et apud Herod. I 33 § 1, quem locum afferunt, verum videtur *ὑπῆρχε.*

Cap. 37 Vide adn. ad II 7 § 1 p. 24.

Cap. 38 § 2. *τῆς ἄλλης πόλεως κατ᾽ ἀναγκην ἐς ολίγον κατεχομένης* Recte schol. *ἀναγκαζομένης ολιγαρχεῖσθαι.* Dobree scribit: *ἐς ολίγους κατεχομένης*, quod dubito an sufficiat. Mihi in mentem venerat: *ἐς ὀλίγους οἰκεῖν κατεχομένης.* An forte *ἐς ολίγους καθισταμένης?* Cf. V 81 med. Vide II 37 § 1 et VII 53 v. fin.

Cap. 39 med. *Ἀντισθένην* (l. -νη) *δὲ καθιστάναι.* Repetita praepositione, scribatur *δ᾽ (ἀντι)καθιστάναι.* Ib. § 2. *εἰρητο αὐτοῖς ἐς Μίλητον ἀφικομένους — ξυνεπιμελεῖσθαι.* Post tam breve intervallum necessarium est *ἀφικομένοις.* Cf. I 31, 65, 107, 126, II 62 bis, IV 17 med., 71 med. bis, 126 § 2. V 111 § 3, VI 60 med.

Cap. 40 § 2. *οἱ γὰρ οἰκέται τοῖς Χίοις πολλοὶ ὄντες — διὰ τὸ πλῆθος χαλεπωτέρως ἐν ταῖς ἀδικίαις κολαζόμενοι.* Ni mavis credere Chios diversa fuisse a ceteris mortalibus natura, corrige mecum: *ἐπὶ ταῖς ἀδικίαις.*

Cap. 42 § 1. *καὶ αὐτῷ ὕετος τε καὶ τὰ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ξυννέφελα ὄντα πλανησιν τῶν νεῶν [ἐν τῷ σκοτει] καὶ ταραχὴν παρέσχεν.*

Cap. 45 § 2 vocabula *αντὶ δραχμῆς Ἀττικῆς* iniuria suspecta habet Krüger. Cf. cap. 29 et 83.

Cap. 46 § 3 duo prodigia alit, quorum alterum dudum animadversum est necdum tamen recte procuratum, alterum fugisse videtur criticorum diligentiam. Prius mutatione propemodum nulla (nam vocalis ᾱ et diphthongus ᾱι in libris vetustioribus distingui saepe nequeunt) curari potest scribendo *τάδ᾽ εἶναι.* Legitur enim: *εντελέστερα δὲ τὰ δεινὰ βραχεῖ μορίῳ τῆς δαπανης καὶ ἅμα μετὰ τῆς ἑαυτοῦ ἀσφαλείας αὐτοὺς περὶ ἑαυτοὺς τοὺς Ἕλληνας κατατρῖψαι.* Sed corruptum manet

εὐτελέσπερα. Quis enim ab ineptae tautologiae crimine defendat hanc verborum coniunctionem: εὐτελέστερα. — βραχεῖ μορίῳ τῆς δαπάνης? Ne multa: rescribendum suspicor: λυσιτελέστερα δὲ τάδ' εἶναι κτέ. — § 5. τῷ γὰρ Ἀλκιβιάδῃ — προσθεὶς ἑαυτὸν [ἐς πίστιν]. Qui haec adscripsit non optime intellexit, quid Graece significet προστιθέναι ἑαυτόν τινι. Alio additamento haec formula mactata est cap. 50: προσέθηκέ τε ὡς ἐλέγετο ἐπ' ἰδίοις κέρδεσι Τισσαφέρνει ἑαυτὸν καὶ περὶ τούτων καὶ περὶ τῶν ἄλλων [κοινοῦσθαι], ubi verbum κοινοῦσθαι non dubito quin adscriptum sit e simili loco cap. 82. In duobus tantum codd. exstat, unde male receptum est, improbantibus iam Arnoldo et Goellero. — In sequentibus malim: ἐκ (τοῦ) περιόντος, inserto articulo.

Cap. 47 § 1. καὶ [τῷ] βασιλεῖ Articulum recte omittunt codd. dett. Locum cap. 48 § 4 recte corrigit Dobree: στασιάσουσι· βασιλεῖ τ'; pro στασιάσωσι· τῷ τε βασιλεῖ, nisi forte lenius scribendum: στασιάσουσιν· ἔτι τε βασιλεῖ κτέ. — § 2. ὅτι ἐπ' ὀλιγαρχίᾳ βούλεται καὶ οὐ πονηρίᾳ [οὐδὲ δημοκρατίᾳ] τῇ ἑαυτὸν ἐκβαλούσῃ κατελθὼν — ξυμπολιτεύειν. Deleto interpretamento, aliquanto acrius et animo Alcibiadis congruentius haec dicta erunt.

Cap. 54. πράσσειν ὁπῃ ἂν αὐτοῖς δοκοίη. Remove soloecismum scribendo δοκῇ. Cf. VI 26, VIII 56, 67 etc. Similiter cap. 76 prope finem requiro: οἵπερ ἂν βουλεύωσί (pro βουλεύοιέν) τι χρηστον.

Cap. 56. non debebat Krüger dubitare de expungendo turpi interpretamento η πρότερον post ἔτι μᾶλλον. Vide adn. ad I 13 § 1.

Cap. 57 med. δεδιὼς μη — ἔτι δὲ [ἐφοβεῖτο] μάλιστα μὴ κτέ. Mox verba ὥσπερ — ἀλλήλους in parenthesi ponenda ob repetitum οὖν post μεταπεμψάμενος. Nisi forte eam voculam deleri praestat.

Cap. 61 extr. lege σχόντες pro ἔχοντες. Vide adn. ad III 5. Eodem mendo libera locum IV 25 § 4.

Cap. 62 init. vocabula ἐν τῷ Ἑλλησπόντῳ suspecta mihi sunt. Cf. cap. praec. § 1.

Cap. 63 § 1. deleatur Ἀστύοχος male repetitum post νεοῖν. § 3. καὶ ἐν σφίσιν αὐτοῖς ἅμα οἱ ἐν τῇ Σάμῳ τῶν Ἀθηναίων κοινολογούμενοι ἐσκέψαντο Ἀλκιβιάδην μὲν ἐπειδήπερ οὐ βούλεται, ἐᾶν — αὐτοὺς δ' ἐπὶ σφῶν αὐτῶν, ὡς ἤδη καὶ κινδυνεύοντας, ὁρᾶν ὅτῳ τρόπῳ μὴ ἀνεθήσεται τὰ πράγματα καὶ τὰ τοῦ πολέμου ἀντέχειν (l. ἀνέχειν cum Reiskio cl. I 141 § 3) καὶ ἐσφέρειν αὐτοὺς ἐκ τῶν ἰδίων [οἴκων abesse mallem] προθύμως χρήματα καὶ ἤν τι ἄλλο δέῃ, ὡς οὐκέτι ἄλλοις ἢ σφίσιν αὐτοῖς ταλαιπωροῦντας. Siquidem syntaxis ea est, ut nullus sit Accusativis c. Inf. locus, confidenter corrigo: αὐτοὶ — κινδυνεύοντες — αὐτοὶ — ταλαιπωροῦντες. Unius horum vocabulorum levem corruptelam olim correctorem, ut reliqua ad eandem normam corrigeret, movisse suspicor.

Cap. 65 prope fin. λόγος τ' ἐκ τοῦ φανεροῦ προσείργαστο αὐτοῖς. Krüger ex aliis libris προείργαστο. Magis ad rem Thuc. scripsisse coniicio προείρητο, quod solum recte coit cum praegresso ἐκ τοῦ φανεροῦ.

† Cap. 66 init. ἐπεὶ ἔξειν γε τὴν πόλιν οἵπερ καὶ μεθίστασαν ἐμελλον. Corrigendum τὴν πολιτείαν, ut recte legitur 74 § 3 καὶ ἀντειπεῖν ἔστιν πρὸς τοὺς ἔχοντας τὴν πολιτείαν. † Contrario errore I 127 extr. Pericles dicitur ἄγων τὴν πολιτείαν, ubi cod. Graevianus optime exhibet τὴν πολιν, i. e. τοὺς πολίτας. Cf. II 65 § 5: οὐκ ἤγετο μᾶλλον ὑπ' αὐτοῦ (τοῦ πλήθους) η αὐτὸς ἦγε κτέ.

Cap. 67. ξυνεκλῆσαν τὴν ἐκκλησίαν ἐς τὸν Κολωνόν. Erant comitia *extra ordinem*. ξύγκλητος ἐκκλησία. Corrige: ξυνεκάλεσαν τὴν ἐκκλησίαν, cuius lectionis interpretamentum ξυνέλεξαν servarunt codd. deteriores — Prope finem deleverim ἄνδρας perperam repetitum post ἑκατόν. Deinde suspicor: πάντων διαφερόντως πρόθυμον pro προθυμότατον.

Cap. extr. suspectum mihi est Ἀθηναίων ante δῆμον.

Cap. 69 init. *ἐπειδὴ δ' ἡ ἐκκλησία οὐδενὸς ἀντειποντος* [*ἀλλὰ*] *κυρώσασα ταῦτα διελύθη*. Non defenditur *ἀλλὰ* exemplis, quae citat Krüger in Gr. § 56, 12, 2. Ferrem: *οὐδενὸς ἀντειπόντος ἀλλ' ἁπλῶς κυρώσασα*, aut simile quid. — § 3. *οἱ τετρακόσιοι — ἐπέστησαν τοῖς ἀπὸ τοῦ κυάμου βουλευταῖς, οὗσιν ἐν τῷ βουλευτηρίῳ, καὶ εἶπον αὐτοῖς ἐξιέναι λαβοῦσι τὸν μισθον. ἔφερον δὲ αὐτοῖς τοῦ ὑπολοίπου χρόνου παντὸς αὐτοὶ καὶ ἐξιοῦσιν ἐδίδοσαν*. Si quid horum intelligo, Thuc. scripsit: *ἔφερον δὲ αὐτόν* [scil *τὸν βουλευτικὸν μισθόν*] *τοῦ ὑπολοίπου χρονου παντὸς αὐτοὶ* [i. e. ipsi CDviri, quippe qui iam per vim facti essent senatores] *καὶ ἐξιοῦσιν ἔδοσαν*. Quod autem vulgo interpretantur: *attulerant autem ipsi mercedem reliqui totius (superioris!) temporis ipsisque exeuntibus eam dederunt*, non uno nomine ferri nequit; alia ne tangam, *μισθον φέρειν* Graece numquam est *afferre mercedem*, sed constanti omnium usu *mercedem accipere, merere*, et *τοῦ ὑπολοίπου χρονου* non nisi de tempore sequenti accipi potest.

† Cap. 71 § 1. *πρὸς αυτὰ τὰ τείχη τῶν Ἀθηναίων*. Imo *τῶν Ἀθηνῶν*. † — § 4. *κατὰ χώραν* [*ἐν τῇ Δεκελείᾳ*] *ἔμενον*. Cf. ad IV 14 extr.

Cap. 73 § 5. *οἱ τῶν Σαμίων πλείονες*. Etiam h. l. nomen proprium abesse mallem.

Cap. 74 § 2 dele *ναῦν* male repetitum post *στρατιῶτιν*.

Cap. 75 § extr. *ἀποστροφὴν* [*σωτηρίας*]. Dele interpretamentum.

Cap. 76 § 3. *πολιν τε γὰρ σφίσιν ὑπάρχειν* [*Σάμον*] *ουκ ἀσθενῆ, κτέ*. Quanto elegantius Samus intelligitur quam adscribitur! In vicinia vel de coniectura reponendum fuerat *ἀμυνεῖσθαι*, quod pro *ἀμύνεσθαι* exhibet codex Vaticanus. Suavis est Poppo adnotans: *ἀμύνεσθαι*] Vat. *αμυνεῖσθαι, non multo deterius* (!)

† Cap. 77. delebam *οἱ δέκα πρεσβευταί* Ex. Crit. p. 161. † Vocabula iam suspecta Krügero.

† Cap. 79 § 3. *προήσθοντο γὰρ αυτοὺς ἐκ τῆς Μιλητου ναυμαχησείοντας* emendandum *δὴ τους*. †

Cap. 81 extr. *μόνως* sequiorum est. E quibusdam codd. scribatur *μόνον*.

Cap. 84 § 1. *τὸ πλῆθος* [*οἱ ναῦται*] cum Haackio: sed etiam § 2 legendum: *τὸ δὲ πλῆθος* [*τῶν στρατιωτῶν*] *ὡς εἶδον, οἷα δὴ ναῦται, ὥρμησαν ἐγκραγοντες* (Kr. pro *ἐκραγέντες*) *ἐπὶ τὸν Ἀστύοχον*.

† Cap. 86 § 1. *πρεσβευται*. Semper alibi Plur. num. *πρέσβεις* scribit Thucydides, ut veteres Attici omnes, quod hic quoque ei reddas. † Ni potius expungendum est? — Cap. med. *καὶ ἐδόκει Ἀλκιβιάδης πρῶτον τότε καὶ οὐδενὸς ἔλασσον τὴν πόλιν ωφελῆσαι*. Mirum est Th. tam inique iudicare de rebus quas antea gesserat Alcibiades. Cf. imprimis quae narrantur V 52 et 84. Fortasse tamen non negligendum h. l. in plerisque iisque optimis libris non *πρῶτον* scribi sed *πρῶτος*, quare fieri potest, ut genuina scriptura haec sit: *καὶ ἐδοκει Ἀλκιβιάδης* (*ἐν τοῖς*) *πρώτοις τοτε κτέ*. Nihil tamen affirmo. Certius est in vicinia diu correctum oportuisse cum Dobreo: *ἐν ᾧ σαφέστατ' ἂν Ἰωνίαν καὶ Ἑλλησποντον ευθὺς εἶχον οἱ πολέμιοι*.

Cap. 87 § 3. *τροφην γοῦν ουδὲν βέλτιον αλλὰ καὶ χεῖρον ὁ Τάμως* [*ᾧ προσεταχθη*] *παρεῖχεν*. Verba inclusa supervacua sunt post § 2 *τῇ δὲ στρατιᾷ προσταξειν εφη Ταμων κτέ*. Ipse Thuc. si quid addere voluisset, scripsisset, opinor: *ὡς προσετάχθη* Cf. 99 § 1. *ὡς τροφὴν ουδεὶς εδίδου τῶν ὑπὸ Τισσαφέρνους τοτε — προσταχθέντων*.

Cap. 89 extr. Vide ad II 65 § 6.

Cap. 90 § 2. *καὶ ἐπειδὴ τὰ ἐν τῇ Σαμῳ σφῶν ες δημοκρατίαν ἀπέστη, πρέσβεις τε ἀπέστελλον* [*σφῶν*] *ἐς τὴν Λακεδαίμονα — ἐπειδὴ καὶ οἱ ἐκ τῆς Σαμου πρέσβεις σφῶν ἦλθον ὁρῶντες τοὺς τε πολλοὺς καὶ σφῶν τοὺς δοκοῦντας πρότερον πιστοὺς εἶναι μεταβαλλομένους*. In his verbis pronomen *σφῶν* quater legitur: ter recte atque ordine, semel perperam pro *ἑαυτῶν* sive *σφῶν αυτῶν* (cf. v. c. I 91 § 2), quare errore e praegressis huc retractum suspicor.

Cap. 92 § 2. *πληγεὶς ἐν τῇ* (articulum bene defendit Krü-

ger contra Cobetum) *ἀγορᾷ πληθούσῃ καὶ οὐ πολὺ ἀπὸ τοῦ βουλευτηρίου* [*ἀπελθὼν*] *ἀπέθανε παραχρῆμα*. Participium *ἀπελθὼν* male coit cum sequentibus. Sine causa Krüger delet insuper tria vocabula his praecedentia. § 8. *Θουκυδίδου τοῦ Φαρσαλίου*, [*τοῦ*] *προξένου τῆς πόλεως, παρόντος*. Articulum e cauda superioris vocabuli prognatum crediderim.

Cap. 95 § 3. bis delenda videntur vocabula *τῶν Ἐρετριέων*.

Cap. 97 § 1. corrige *οἵπερ* pro *οὕπερ*.

Cap. 98. *ἐθελοντηδὸν προσπαρακαλέσαντες τοὺς Βοιωτούς* significare videtur: *Βοιωτῶν τοὺς βουλομένους προσπαρακαλέσαντες*. Vox formata ad analogiam *τοῦ ἡβηδόν* (i. e. *ὅσοι ἡβῶσιν*) et similium.

Cap. 101 § 1. *ἐν Ἀργεννούσαις* [*τῆς ἠπείρου*] *ἐν τῷ ἀντιπέρας τῆς Μυτιλήνης*. Haec vocabula vereor ne male huc retracta sint e sequentibus: *καὶ ἀφικόμενοι τῆς ἠπείρου ἐς Ἁρματοῦντα κτέ*.

Cap. 105 § 2. *διὰ τὴν ἄκραν* [*τὸ Κυνὸς σῆμα*]. Nomen proprium de more a magistellis male repetitum.

Cap. 108 extr. *καὶ Κῶν ἐτείχισε. ταῦτα δὲ πράξας καὶ ἄρχοντα ἐν* [*τῇ Κῷ*] *καταστήσας — κατέπλευσεν*. Deleto additamento *τῇ Κῷ* et iunctim scripto *ἐγκαταστήσας* (in vetustis codd. et inscriptionibus saepissime $\bar{\nu}$ non mutatur in $\bar{\gamma}$) nanciscemur orationem digniorem historico.

CAPUT II.

QUAESTIONES ETYMOLOGICAE.

I 1. *παλαιότερα*. Atticos non aliter dixisse quam *παλαίτερος* et *σχολαίτερος*, *παλαίτατος* et *σχολαίτατος* rectissime iudicat Ludovicus Dindorfius, quem vide ad Xen. Rep. Lac. X § 8 et XI § 3 et ad Steph. Thes. p. 1688 A. — Euripides H. F. 769 *ὁ δὲ παλαίτερος κρατεῖ*. Hipp. 451 *γραφάς τε τῶν παλαιτέρων*, Med. 68 *ἔνθα δὴ παλαίτατοι θάσσουσι*. Altera forma apud nullum poetam Atticum, quod sciam, reperitur excepto Alexide apud Athenaeum II p. 36 F:

οἶνον δὲ τὸν παλαιότατον σπουδάζομεν.

Sed quin *παλαίτατον* rescribendum sit punctum temporis non dubito. Num recte idem Dindorf vel ab recentioribus illam formam alienam esse iudicet definire non ausim. Ut cauti simus suadet Aelii Dionysii — nam huius esse videtur — annotatio apud Photium: *παλαιοτέρου καὶ ἄνευ τοῦ ō λέγουσιν*.

C. 5 prope fin. *ἐληίζοντο*. Ubique edam *ληΐζεσθαι*; nam *ληίζεσθαι* Ionicum est; nec quisquam in animum inducat apud scriptorem Atticum edere *ληιστης* pro *ληστης*. Iota subscriptum in vetustis libris adscribi solere nemo ignorat.

C. 6 prope fin. *διεζωσμένοι*. Thucydidem scripsisse *διεζωμένοι* diserte testatur Aelius Dionysius apud Photium in v. *σέσωται*. Vide Cobetum Mnem. XI 340, ubi corrigit quod ante statuerat ib. VI 380.

C. 7 init. *πλωιμωτέρων*. Veram formam *πλοιμος* ubique Thucydidi reddidit Bekker. Formatur enim a *πλόος* (*πλοῦς*), ut *κάλλιμος* a *κάλλος*, *νομιμος* a *νομος*, *καμπιμος* a *καμπη*, *αἴσιμος* ob *αἶσα* cett. Difficilius est dictu, utra forma probanda sit cap. 13 *ἐπλώιζον*, quam servant codd., quamque metro tuentur Heriod. Opp. 634 et Hom. Il. 24, 12 secundum lectionem ap. Platonem Rep. III p. 388 A, an *ἔπλοιζον*. Illam tamen probaverim ductam a Ionico *πλώω*, ut *δαΐζω* a *δαίω*, *αλεγίζω* ab *ἀλέγω*, *αἰτίζω* ab *αἰτῶ*, *ἐρεθίζω* ab *ἐρέθω*, similia multa.

C. 9 *ἐπηλύτην* non magis ferendum puto quam si quis Graece scribens usurparet *νεηλύτης* aut *συνηλύτης* pro *νέηλυς* aut *σύνηλυς* vel *προσηλύτης* pro *προσηλυτος*. Relinquenda enim eiusmodi formae sequioribus. Vide Valckenaerium ad Ammon p. 32. Locum Xenophontis Oecon. XI § 4 depravatum esse esse nemo iam dubitat. Reddam igitur Thucydidi *ἐπηλυδα*, ut alibi legitur apud eum (v. c. 29 extr.) probatosque scriptores omnes. — In extremo capite pro *εἰησαν* usus Thucydideus postulat *εἶεν*, et sic corrigam II 72, III 22, VI 96. Altera forma legitur: I 67, II 11, III 10, IV 27, 93, VI 11, 85, VIII 45, 72. Similiter brevior forma restituenda I 38 pro *ἐκπεμφθείησαν*, VI 64 pro *γνωσθείησαν*, VIII 53 pro *φαίησαν*, II 43 pro *σφαλείησαν*, collatis locis hisce: II 40 *κριθεῖεν*, III 71 *δουλωθεῖεν*, IV 19 *χειρωθεῖεν*, IV 37 *ἐπικλασθεῖεν* et *ἡσσηθεῖεν*, IV 58 *ξυναλλαγεῖεν*, IV 111 *ἀνοιχθεῖεν*, IV 126 *αἰσχυνθεῖεν*, VI 34 *καταπλαγεῖεν*, VII 25 *ἡσσηθεῖεν*, VIII 81 *διαλυθεῖεν*, III 68 *φαῖεν*, VII 44 *καταβαῖεν*, I 99 *ἀποσταῖεν* etc. Non magis dubitabo rescribere *δοκοίη* pro *δοκοῖ* II 79, 100 et III 6, aut *προσχωροίη* pro *προσχωροῖ* IV 105. Cf. *ἀπιστοίη* I 10, *δοκοίη* I 136, IV 11, VI 34, *προχωροίη* II § 1, *ταλαιπωροίη* I 134, *ὑποχωροίη* IV 10, *χωροίη* VI 20, *κρατοίη* IV 107, *ὠφελοίη* VIII 23, *αἰτοίη* VIII 56, *παραινοίην* VI 9, *ὠφελοίην* VI 92, etc. Vitiosum quoque est *ξυμβαίημεν* pro *ξυμβαῖμεν* IV 61 et *εἴημεν* pro *εἶμεν* I 33 et *σφαλείημεν* pro *σφαλεῖμεν* VI

11 et *σωθείητε* VII 77 et *κριθείητε* II 45. Cf. *ἀδικοῖμεν* IV 87, *ἀποκνοῖμεν* et *βοηθοῖμεν* VI 18; *δρῷμεν* et *ποιοῖμεν* I 71, *ἀφεῖτε* I 139 et Heraclides apud Eust. ad Od. φ 195: *ἡ ἀρχαία Ἀτθίς*, ait, *τὰ εὐκτικὰ συγκόπτει κατ' ἔξαρσιν* (l. *ἐξαίρεσιν*) *μιᾶς συλλαβῆς — κοσμηθεῖμεν καὶ διακριθεῖμεν καὶ εἶμεν λέγοντες καὶ τὰ τούτων δεύτερα κοσμηθεῖτε καὶ διακριθεῖτε καὶ εἶτε*. Vide etiam Moeridem ed. Piers. p. 93 et 112. — Corrigam deinde *στηρίξειε* pro *στηρίξαι* II 49, *ἐκπνεύσειε* pro *ἐκπνεύσαι* II 84. Vide adn. ad IV 62 init. Cf. II 89 *ἐπιπλεύσειε*, IV 126 *πορίσειε*, V 8 *δείξειε*, V 9 *ὠφελήσειε*, VI 19 *ἀποτρέψειε*, *ἐπιτάξειε*, *μεταστήσειε*, VI 69 *προσμίξειε*, VI 90 *προχωρήσειε*, VIII 6 *ἀποστήσειε*, VIII 50 *πράξειε*, VIII 81 *μεταστήσειε*. Reponendum denique *φθάσειαν* pro *φθάσαιεν* III 49, *νομίσειαν* pro *νομίσαιεν* V 111. Genuinae formae exempla ubique exstant.

C. 10 § 4. *καὶ οὕτως* et II 76 *οὐδ' οὕτω*. Ceteris locis constanter Thuc. libri servant genuinas formulas Atticas: *καὶ ὡς*, *οὐδ' ὡς* et *μηδ' ὡς*. Cf. I 44 § 2, 74 med., 132, III 33, V 55, 115, VII 28, 74 et 75, VIII 51 med. et 56 et 87. Quare non dubitabo illis quoque locis rescribere *καὶ ὡς* et *οὐδ' ὡς*. Similiter *ὡς οὖν* servatum est III 37 extr. Eundem usum observat nostri imitator Dio C.; quare librariis tribuerim quod LVI 7 § 3 legitur *οὐδ' οὕτως*. Ceterum rectius fortasse scripseris *καὶ ὥς*, *οὐδ' ὥς*, *μηδ' ὥς*, *ὥς οὖν*. Eustath. ad Il. A 116 *ὅτι — περισπᾶται παρὰ τοῖς παλαιοῖς τὸ ὥς. φέρεται γὰρ ἐν τοῖς Ἡροδώρου καὶ Ἀπίωνος, ὅτι τὸ ὥς, οτε δηλοῖ τὸ ὁμως* (l. *ουτως*?), *περισπᾶται*.

C. 13. *ἐγγύτατα*. Cf. I 13 § 2, 22 § 1, 143, III 40, IV 8, 67, V 74, VI 4, 5, VII 86, VIII 90. Altera forma *ἐγγυτάτω* legitur III 62. Comparativum *ἐγγυτέρω* reperies IV 73 et VIII 82. Non ferendum videtur *ἀνώτατα* IV 110 prope finem pro *ἀνωτάτω*.

C. 15. *ξυνεστηκεσαν* et VII 13 *καθεστηκαμεν* legitur contra constantem usum Thucydidis, qui solis formis syncopatis usus esse videtur. Scribitur enim *καθέσταμεν* I 32 et VI

18, διέσταμεν IV 61, ἔστασαν IV 56, ἀφέστασαν VII 58, καθέστασαν III 86, VI 6, 15 et VII 28 bis et VIII 76, καθεστάναι I 124, παρεστάναι IV 61, προεστάναι VI 28, περιεστάναι VII 18, 70 et VIII 15, μεθεσταναι VIII 76, ἐγκαθεστάναι I 122. Corrupta a scribis suspicor VI 88, ἀφεστηκεσαν, VII 67 καθεστηκασιν et VIII 75 προεστηκεσαν. Rarius quoque apparent pleniores formae participiorum καθεστηκός (IV 97 et VII 67), ξυνεστηκός VIII 66 bis, ἑστηκώς VI 104, ἀφεστηκόσι II 55, IV 76, ἀφεστηκοτα I 59, ἀφεστηκότος VIII 96, ἀφεστηκοτες I 89, καθεστηκοτι I 130, καθεστηκόσι III 39, quam formae syncopatae: καθεστός (l. —ὡς) III 9, περιεστός (l. —ὡς) IV 10, ἑστῶτες III 23, ἑστώτων V 46, ἀφεστῶτα I 61 et VIII 5, ἀφεστῶσι V 38, ἀφεστῶτες IV 97, VI 10 et VIII 14, ἀφεστώτων VI 10, ξυναφεστώτα I 59, ἀνθεστώτας VI 70, ἀνθεστώτα VII 13, καθεστῶτος I 73, 76, II 2 et V 17, καθεστῶτι III 52, καθεστῶτες II 59, III 53 et VII 64, καθεστώτων I 70, 132 et IV 94, ἐγκαθεστώτων V 70, καθεστῶτας III 40, V 44 et 88, καθεστῶτα III 56 et V 30, περιεστῶτος III 34 et IV 55, προεστῶτες VIII 81 et 90, προεστῶτα VIII 65, προεστώτων III 11, προεστῶσι VIII 16, ξυνεφεστῶτες II 75, ξυνεστῶτες VI 96, ξυνεστώτων VIII 73, ξυνεστῶσι VIII 66 et 73. Nusquam contra syncopatur forma feminina sed summa constantia scribitur: ἀφεστηκυίας I 60, καθεστηκυῖαν I 124, ἀντικαθεστηκυίας I 71, προκαθεστηκυίας II 2 et alia plurima, quae enumerare nihil attinet, quia formae ἑστῶσα nullum exemplum reperitur. — Eadem ratio observatur in Perfecto τέθνηκα, cuius formae pleniores hae sunt: ἐτεθνηκέσαν VII 58, τεθνηκώς III 98, τεθνηκοτος III 90, IV 38 et VII 1, τεθνηκότα IV 50, τεθνηκότες II 6, syncopatae hae exstant: τεθνᾶσι III 113, τεθνάναι VIII 92, προτεθνάναι II 52, τεθνεῶτος III 109, IV 38, V 13 et VI 103, τεθνεωτες IV 40, τεθνεώτων I 8, 126, III 104, V 1, VII 57 et VIII 38, τεθνεῶσι IV 40. Vel certius est Thucydideam non esse formam ἐδεδοίκεσαν pro ἐδέδισαν, quae exstat IV 27. Constanter enim apparent formae syncopatae: ἐδεδίεσαν (l. ἐδέδισαν) V 14, δέδιμεν III 53, 56 et 57, δέδιτε IV 126, δεδιέναι I 136 et II 72, δεδιὼς IV 24, 86, VII 73, VIII 57, δεδιὸς I 36, δεδιότα VIII 52, δεδιότες III 101, IV 46, V 38, 50, VI 36, 88, VII 71, VIII 39, δεδιότων VIII 7, δεδιότας VII 75 bis. — Extr. cap. Ἐρετριέων. De hac similibusque formis vide quae disputavit Cobet ad Hyperidem p. 43 sqq. Sequior forma (si describenti fides) iam apparet in inscriptione Attica C. I. 102 exarata sec. Böckhium intra Ol. 100 et 115, continenti pactum Piraecenses inter et theatri redemptores. Ibi bis legitur Πειραέας, semel Πειραέων, semel Πειραιέα, quae forma ter exstat in inscr. 108 (post Ol. 134), Ἀλαιέως, bis in inscr. 124 (post Ol. 152), Διὸς Πολιῶς in inscr. 141 (Ol. 89—90), sed in inscr. 70 (Ol. 81 vel 82) ΔΙΟΣ ΠΟΔΙΕΟ[Σ], in qua scriptura istis formis sane aliquantum foret praesidii, modo satis constaret non esse hunc describentis errorem. Sed suspectam eam reddit alius manifestus in ea inscriptione error: καὶ τὰ κοινὰ τῶν Σκαμβωνιδῶν ΣΟΟ καὶ ἀποδώσω. ubi vix dubito verum esse ΣΟΣΟ i. e. σωσω, nam quod inde fecit Böckh. σωῶ non est assis unius. Inscr. 153 habet Παιανιῶς, 186 (act. Imp.) Ἀξηνιέως, 258 (rec.) Πειραιέα et sic in inscr. 410 (rec.), 478 (post a 727 u. c.) Ἀλαιέως et Παιανιέως, 765 (rec.) et 766 (rec.) Σουνιέως, 73 C. Addend. (sec. V. a. Chr.) Ἑστιαιᾶς, 2265 (rec.) Ἐρετριέων bis, 2353 (Ol. 120) Καρθαιέων bis et sic 2354 et 2357, 2374 (bonae aetatis sed post Euclidem sec. B.) Πεδιέως.

Cap. 21. τὰ ἀρχαῖα. Adhibita crasi scripserim ταρχαῖα. Craseos exempla apud Thuc. haec sunt: τἆλλα (constanter), ταγαθά, ταδικήματα, ταληθῆ, τἀνδράποδα, τἀργιστα, ταυτά, ταργύριον, ταυτοματον, τἀναντία, τἀκεῖ, τἀκείνων, θάτερα, τἀνθάδε, τουνομα, τουπίγραμμα, τουμπαλιν, τουσχατον, τουναντίον, τουπίσω, κἀκεῖνος, κἀκείνου, κἀκεῖνον, κἀκεῖνοι, κἀκείνων, κἀκείνοις, κἀκεῖθεν, κἂν τούτῳ, κἀνταῦθα, κἀγώ, κἀγαθῶν; quarum crasium maior pars frequenter in libris reperitur, frequenter nostro reddenda est.

C. 25 *προέχειν*. In hoc verbo aliisque similibus vocales tam saepe coalescunt apud Thuc., ut haud absurde suspiceris ubique scribendum esse *προ/χων*, *προ/χειν*, *προυχώρει*, *προυσταύρωσαν*, *προύταξαν*, *προύφερον*, *προυμάχοντο*, *προυτετελέκει*, *προυπιχειροῦνται*, *προύπεμψαν*, *προύθεντο*, *προυκεχώρηκε*, *προυφείλειν*, similia multa, quae enumerare nihil attinet. Male autem vulgo editores addere solent coronidem, si quidem non crasis haec est sed contractio. Eodem iure scribas, ut hoc utar, *ἐτιμών*, *ἐφιλοῦν*, *ἐμισθοῦν*, similia.

C. 33 *εὐπραξία*. Thucydideum esse *εὐπραγία* diserto constat Photii testimonio, qui habet: *εὐπραξίαν· οἱ παλαιοὶ κωμικοὶ διὰ τοῦ ξ. Θουκυδίδης δὲ διὰ τοῦ γ*, ubi vide Naberum p. 233.

C. 34. *μαθέτωσαν* forma est Macedonicae originis, pro *μαθόντων*, quales non reperio in inscriptionibus ante Ol. 118 [1]), rarissimeque apparent in libris Thucydideis, unde eas expellere non dubitabo. Legitur III 39 *κολασθήτωσαν* pro *κολασθέντων*, III 67 *ὠφελείσθωσαν* pro *ὠφελείσθων*, III 92 *κτάσθωσαν* pro *κτάσθων*, VIII 18 extr. bis *ἔστωσαν* pro *ἔστων* s. *ὄντων*, quorum illud historico reddam. — Videatur Moeris p. 15 i. v. *ἀγόντων* ibique Piersoni adnotatio.

C. 38 med. *πλέοσιν*. Thuc. scribendi mos postulat *πλείοσιν*. Docet enim diligens huius comparativi in codd. Thucydideis observatio eum non aliter declinari ab historico quam hoc schema indicat:

Num. Sing.

N. *πλείων* — *πλέον*.
G. *πλείονος*.
D. *πλείονι*.
A. *πλείων* — *πλέον*.

1) Menandrum, cuius prima fabula *Ὀργὴ* docta est Ol. 114 a. 3, in *Δεισιδαίμονι* dixisse *περιμαξάτωσαν* et *περιθεωσάτωσαν* metro constat. Sed labentis Graecitatis multa esse apud Menandrum indicia in vulgus notum est. Diligenter formas antiquiores magistelli solent explicare adscriptis formis novitiis velut Schol. ad V 18 § 7 *ἀποδόντων*] *ἀποδότωσαν*, unde explicandum hic illic has pro illis substitutas esse.

Num. Plur.

N. *πλείους* — *πλείω*.
G. *πλειόνων*.
D. *πλείοσι(ν)*.
A. *πλείους* — *πλείω*.

Vitiosum est *πλεῖον* II 21, 29, III 11, 37, IV 106, 128, VI 34, V 109, VII 63, VIII 53 et 81; *πλέονος* I 75, IV 17, 21, 30, 98; *πλέονι* I 73, 121, IV 35, 61, VII 2, VIII 48; *πλέω* I 81, II 98, 120, IV 19; *πλέονα* IV 82, V 47, *πλεόνων* IV 17, 29, VII 27, VIII 67, *πλέοσι* I 38. Formarum genuinarum tam ingens est apud nostrum copia, ut eas notare supersedeam. — Praeterea adeo raro in Nominativis et Accusativis utriusque numeri apparent formae non contractae *πλείονες*, *πλείονας*, *πλείονα*, ut ab iis prorsus abstinuisse historicum veri ducam simillimum, quod valet non tantum de *πλείων* sed de omnibus comparativis in *ων*. Legitur ***ΠΛΕΙΟΥΣ*** I 51, 55, 63, 87, 143, II 4 bis, 8, 89, 91, III 7, 11, 20, 22, 23, 32, 50, 107, IV 14, 30, 32, 68, 87, 88, V 2, 59, 73, 80, VI 33, 52, 60, VII 12, 34, 40, 43, 48, 51, 63, 70, 72, VIII 10, 29, 32, 39, 42, 53, 66, 80, 102. ***ΠΛΕΙΩ*** I 3, 13, 18, 81 (*πλέω*), 120 (*πλέω*), II 60, 67, 89, III 37, 65, 83, IV 19 (*πλέω*) 64, 73, 117, 121, V 69, VI 2, 23, 33 bis, VII 28, 45, 55, 58, 63, VIII 39, 45, 48, 96. ***ΕΛΑΣΣΟΥΣ*** I 8, 63, 83, 110, II 31 bis, III 17, 68, 75, 87, IV 32 bis, 44, 56, 101 bis, 126, VII 34, 72, 75, 87, VIII 25, 39, 53, 76, 87, 105. ***ΕΛΑΣΣΩ*** I 11, 40, 112, 122, 144, II 13 bis, 39, III 56, 112, IV 66, VI 36, VII 15, 23, 28 bis, VIII 48. ***ΗΣΣΟΥΣ*** I, 8, 80, III 53, 83, 97, IV 72, V 111, VI 69, VII 42. ***ΗΣΣΩ*** I 76, 77, III 45, VI 68, VII 48. ***ΑΜΕΙΝΟΥΣ*** I 143, III 57, 65, 67, 82. ***ΑΜΕΙΝΩ*** III 43, 48. ***ΒΕΑΤΙΟΥΣ*** VIII 43. ***ΒΕΑΤΙΩ*** II 85, VII 17, 63, VIII 31. ***ΚΡΕΙΣΣΟΥΣ*** II 89, III 83, IV 29, V 9, VI 80, VII 41, 44, 48.

κρεισσω IV 10. VI 37. ***χειρους*** I 96, II 45, 62, III 9, 65, IV 114, VIII 76. ***χειρω*** IV 18, 89, V 111, VII 71, VIII 45. ***μειζους*** I 9, III 82, VII 28. ***μειζω*** I 6, III 56, 112, VI 16, VII 75. ***ραιω*** V 36. ***αισχιω*** V 11. Secundum haec 181 exempla corrigere liceat *πλέονας* II 11, IV 73, *πλείονας* VI 38, *πλείονες* VIII 73, *πλείονα* II 44, IV 128, V 47, *ἐχθίονα* IV 86, *μείζονα* II 11, *κρείσσονας* V 101. Fortasse autem hoc licebit statuere: Atticos vetustiores in oratione pedestri a formis non contractis prorsus abstinuisse. — Cf. Moeris p. 34 i. v. *ἀμείνω*, p. 95 i. v. *βελτίους* et p. 177 i. v. *ἥττω*.

Cap. 41 extr. ***φιλονεικίας***. Adiectivum ***φιλονεικος*** e Graecorum scriptis eximendum esse et ubique mutandum esse in *φιλόνικος* certa docet analogia, siquidem a subst. *νεῖκος* formari debuerat ***φιλονεικης***, ut *πολυνεικης*. Quoniam vero ***φιλονεικης*** nusquam exstat, veri est simillimum, non magis Graeca esse ***φιλονεικεῖν*** et ***φιλονεικία***, sed semper et ubique, apud antiquiores certe (nam sequiores nunc non moror) Graecos corrigendum esse ***φιλονικεῖν*** et ***φιλονικία***, neque eos audiendos esse, qui haec in bonam tantummodo partem, ista vero in malam dici autument.

Cap. 50 ***ἐπεπαιώνιστο***. — ***Παιωνίζειν*** pro *παιανίζειν* non magis ferendum quam *παιὼν* pro *παιάν*, cui formae magis parcere solent librarii quam illi, quamque unice veram esse pauci dubitant. Veram formam h. l. servant F et mg. Steph; Cass. Aug. *ἐπαιώνιστο*, quod m. rec. bene correxit. Cf. VV. LL. II 91, IV 43, 96, VI 32, VII 44, 65.

Cap. 74 ***σῶοι***. Cf. Cobet Mnem. VI 368, VII 9 et X 91.

Cap. 81 extr. *παυθησεται* et *ἐπαί'θην* (v. c. II 77 extr. et V 100, ubi tamen in bonis codd. legitur *παυσθήναι*) frequenti errore scribitur in libris Thucydideis. ***Σ*** enim addidisse veteres abunde constat. Vide Cobetum in Mnem. IV 380 et VII 426. In vicinia idem pro *τάμωμεν*, quod Ionum est, ***τέμωμεν*** nostro reddi iussit.

Cap. 91. ***Θεμιστοκλῆς***. Apud Aristophanem ceterosque comicos omnes nomina propria composita cum ***κλέος***, excepto uno *Ἡρακλῆς* [haec sola forma reperitur apud comicos, utraque apud tragicos] omnia constanter terminantur in ***κλέης***, velut ***Περικλέης***, ***Φιλοκλέης***, ***Θεμιστοκλέης***. Quocirca, etsi in eius codd. non est hodie huius scripturae ullum vestigium, non aliter olim scripsisse Thucydidem probabile esse arbitror. Quam sit in talibus sublesta librorum fides, cum aliunde apparet tum inde quod genuinae quaedam vocabulorum formae sine vestigio perierunt. In eo numero est verbum Atticum *ῥόφειν*, in quo sequiorum consuetudo ita invaluit, ut hodie ubique legatur *ῥοφεῖν*, etsi, quod diserte docemur ab Eustathio ad Od. *β* 7, *Ἀίλιος δὲ Διονύσιος* (de cuius grammatici meritis vide quae disputarunt Cobet in Mnemosynes X 50 sqq. et Naber in prolegomenis ad Photii lexicon p. 24 sqq.) *ῥόφειν φησὶ λέγεσθαι ὡς γράφειν καὶ ῥόφουσιν ὡς γραφουσιν*. Similiter ex eodem forsitan fonte Etym. M.: *ῥοφῶ. οἱ Ἀττικοὶ ῥόφω λέχουσι βαρυτόνως*. Quae vero ibidem adduntur documento sint, quid sero natos Graecorum posteros moverit, ut *ῥοφῶ* scriberent et *ῥοφᾶν*. Additur enim: *οὐχ ὑγιῶς· ὁ γὰρ μέλλων ῥοφήσω* Quasi vero *μελλήσω*, aut *βαλλήσω* aut *τυπτήσω* aut *οἰζήσω* formentur a *μελλῶ* aut *βαλλῶ* aut *τυπτῶ* aut *οἰζῶ*. Hinc Aristophani Vesp. 812, 906 et 982 quantocyus reddatur *ῥόφειν* et *ῥόφω*, similiterque corrigantur loci hi: Aesch. Eum. 254 et Soph. Trach. 1057.

Cap. 103. *ἔχθος* et *ἔχθρα* promiscue Th. usurpat. Illud praeter h. l. legitur I 33, 95, II 11, III 101, VI 61: hoc II 68 bis, IV 20, 24, V 95, VIII 85 bis et 108.

Cap. 108 ***δενδροτομήσαντες***. De caedendis arboribus Thucydides et antiquiores utuntur verbo *κοπτειν*, sequiores fere *τέμνειν*. Hinc illis tribuo formam ***δενδροκοπεῖν***, quae salva evasit apud Xenophontem Mem. II 1 § 13 et apud Demosthenem p. 256 in Byzantinorum psephismate, quod genuinum esse demonstravit Cobet Mnem. XI p. 195 sqq. Eadem olim usus videtur Aristophanes Pac. 747, ubi hodie legitur *κἀδενδροτόμησε τὸ νῶτον*. Cf. *κυνοκοπῆσαι τὸ νω-*

τοι apud eundem Eq. 289. Vide Phrynichum B. A. p. 49, 3. Thucydidi h. l. reddam δενδροκοπήσαντες.

Cap. 129 ὑπισχνῇ et VI 14 ηγῆ locum cedant formis genuinis in ει. Cf. Eustathius ad Il. Ζ 261 et ad Od. μ 295.

Cap. 144. δηλωθησεται. Thucydidi reddendum δηλώσεται et VI 80 § 4 τιμησονται pro τιμηθησονται. Futurorum Med. pro Pass. apud Thuc. exempla collegit Krüger in Indice. Cf. Pierson ad Moer. p. 367.

Lib. II 13 § 3. ἀπανηλώθη. Vetustiori Atthidi propriae sunt formae ἀνάλουν, ἀνάλωσα, ἀναλωθην, ἀνάλωκα, ἀναλώκη. Cf. I 109, III 17 bis, VII 30 et 83, VIII 31, 45, 65. Mature tamen alteram formam invaluisse apparet ex titulo ap. Böckhium C. I. 147, qui exaratus Ol. 92 a 3 (= 409) habet: Ἀθεναιοι ἀνελοσαν ἐπι Γλαυκιππο ἀρχοντος κτέ. Moeridis annotationem p. 25 i. v. ἀνηλωμένον transpositione sanandam esse nemo iam dubitat.

Cap. 21. ἐωράκεσαν. Semper et ubique corrigendum esse ἑόρακα, ἑοράκη, cett. liquido constat e poetarum locis. At vel sic tamen editores librariis obtemperantes retinent formas barbaras.

Cap. 34. αὐτοῦ. Hac forma et altera αὐτοθι promiscue Th. utitur haud secus quam Aristophanes, apud quem illa saepe haec bis tantum occurrit: Ran. 275 et Eq. 119. ΑΥΤΟΥ noster habet II 34, 38, 52, 81, III 72, 112, IV 5, 28, 68, 124 (?), 129, V 10, 65, VI 34, 57, 74, 77, 78, VII 3, 39 (e coniectura pro αυτοῖς, ita ut dubium sit utra ibi forma sit verior) 40, 51, 78, VIII 28, 77, 84, 90 et 99. ΑΥΤΟΘΙ est I 104, II 48, 70, 93, III 34, 104, IV 31, 50, 97, V 4, 61, VI 50, 70, 100, VII 24, 29, 33, 43, 49, VIII 56.

Cap. 38. ἐπεισέρχεται. Euphoniae scil. causa, quod existimant quidam (cf. Poppo in proleg. p. 212), Th. paucissimis quibusdam locis usurpasse formam εἰς parum est me iudice probabile. Eundem abstinuisse a forma εἴσω veri duco simillimum, licet illa exstet I 134, II 76, 83, VI 44, 57, 96.

At ἔσω reperitur II 90 bis, 100, III 21, eamque formam ubique restituendam esse vix dubito.

Cap. 44. ἐθάς pro ἠθάς apud Atticos alibi non memini me legere, nec tamen hanc formam pro illa substituam propter Aelii Dionysii verba apud Eustathium ad Od. δ' 16: ὁ ἐθάς, ὃν τινὲς καὶ ἠθάδα λέγουσιν, ὡς φησιν Αἴλιος Διονύσιος. Hodie quod sciam, ἐθάς praeter h. l. non legitur nisi apud Ionas et sequiores. Poetarum loci alteram postulant.

Cap. 52. καιομένου. Atticum esse κάω, κλάω, ἀεί, ἀετός, ἑλάα, sim. monere putidum foret, nisi pertinaciter librariorum errores foverent editores paene omnes.

Cap. 54. εἵκαζον. Recte Bekker et Poppo e Laurentiano receperunt ἤκαζον. Cf. VI 92. Vide etiam Moeridem p. 182 i. v. ἤκασα.

Cap. 76. Ποτίδαιαν. Thucydidi ubique redditurus sum veriorem formam per diphthongum ει quam nuper Dindorf e Thierschii emendatione reddidit Aristophani Equit. 439. Haec bis servata est in antiquo epigrammate insculpto lapidi Ol. 87 1 (ap. Böckhium C. I. 170), quo epigrammate celebrantur Athenienses, qui occubuerant ante moenia Potidaeae. Cf. Thuc. II 58. Legitur ibi vs. 6: Ποτειδαίας δ' ἀμφὶ πίλας ἔ[πεσον] et vs. 10 πρόσθε Ποτειδαίας οἳ θάνον ἐμ πρ[ομάχοις]. Eandem formam praebet alius titulus (171) exaratus Ol. 89, 1 vs. 40. Alteram in Inscriptionibus non repperi.

Cap. 77. φακέλλους. Graecum esse φάκελος ut σφάκελος, ἄγγελος sim., non φάκελλος metro evincitur ap. Eurip. Cycl. v. 242: θηξεις μαχαίρας καὶ μέγαν φάκελον ξύλων. Videatur Lobeck. Pathol. p. 107.

Cap. 81 med. ἐπὶ τῶν ἐκείνῃ ἠπειρωτῶν. Adverbium ἐκείνῃ pro ἐκεῖ, quod formatum est ad analogiam voc. ταύτῃ et τῇδε = ἐνταῦθα, nusquam reperio apud poetas Atticos, rarius in antiquo sermone pedestri, paucis locis Thucydideis: II 81, III 88, 109, IV 7 et 77. ΕΚΕΙ contra legitur I 36, 39, II 25, III 115, IV 48, 85, 89, 103, VI 11, 17, 18 ter, 22, 34, 36, 76, 77, 83, 84, 85, 87, 90, 91, 92,

VII 1, 4, 16 bis, 25, 28, 37, 64, VIII 6, 49, 64. Quare non possum quin valde suspectum habeam *ἐκείνῃ*.

Cap. 81. *ἄποθεν*. Inter hanc formam et *ἄπωθεν* saepe variant codices, inque varias partes discedunt critici. Dirimunt eam litem poetae, qui hanc (*ἄπωθεν*) tuentes illam aversantur. Sequitur ergo *ἄπωθεν* analogiam adverbiorum *ἔσωθεν*, *ἔξωθεν*, *ἄνωθεν*, *κάτωθεν*.

Cap. 86. *Ἀχαϊκῷ*. Utrum *Ἀχαϊκος*, *ἀρχαϊκός*, *Ἀλκαϊκός*, an *Ἀχαικός*, *ἀρχαικός*, *Ἀλκαικός*, similia, scribendum sit e codicibus sciri nequit, obtemperandumque in ea re veterum grammaticorum praeceptis, quos scripturam per duplex iota commendare notum est. Cf. Phrynichus in v. *Ἀλκαϊκόν*, *ᾆσμα* et Lex Seguer. p. 449. Si Eustathius ad Od. *γ* 250 *Ἀχαικόν* tribuit *τοῖς παλαιοῖς* (sic), *Ἀχαϊκόν* vero *τοῖς μεθ' Ὅμηρον* id non magis debet aliquem morari quam ex illius sententia *ἐχθραίνειν* pro *ἐχθαίρειν τοῖς μεθ' Ὅμηρον* proprium esse, ut idem ait ad Od. *δ* 105. — Scribendum igitur apud Thucydidem *Παναθηναικός*, *Κορκυραικος* [1]), (ut recte editur *Ἀναῖτις* et *Ἀναιτῶν* et *Πλαταιδα*). *Θηβαίδα*, *Πειραικῆς*, *Ἀγραίδα*, cett.

Cap. 91. *ἀντίπρωροι*. In *πρῶρα* et derivatis iota subscriptum perperam omittere solent libri Thucydidei. Hac quoque in re sequar Grammaticos veteres, quorum placitum confirmat vocabuli origo ex *πρώειρα*. In verbo *σώζω* (an *σωζω*) scribendo ipsos veteres sibi non constitisse efficias ex Etymol. M. p. 741, 27 et in antiquis inscriptionibus id verbum utroque modo scribitur; quapropter quominus in hoc verbo sequamur

1) Ezechiel Spanheim *Observ. in Callimachi hymn. in Delum* vs. 156: „Veteres insulae nummi, indubii ac domestici testes, constanter **ΚΟΡΚΥΡΑ** et **ΚΟΡΚΥΡΑΙΩΝ** praeferunt.“ Has formas ubique pro *Κέρκυρα* cett. restituendas esse rectissime idem perhibet. Frustra viri docti obmoverunt locum Eustathii ad Dionys. Perieg. vs. 495, unde nihil aliud apparet, quam iam illius aetate libros veteres fluctuasse inter utramque scripturam. Quod enim addit de utroque nomine distinguendo, quis sine teste Episcopo credat, denegata fide *testibus domesticis atque indubiis?*

libros MSS. nihil obstat. Aliter res se habet in nomine insulae *Μινῳα* (III 51, IV 67 et 118), quod, quippe natum ex *Μινωΐα* pessime editur sine iota.

Cap. 101. *βορέαν*. Eadem forma legitur III 4, 23, VI 99, 104. Semel occurrit altera *βορρᾶν* VI 2. In illa tam tragici quam comici poetae amice conspirant; haec contra est ubi metro excludatur v. c. apud Arist. Vesp. 1119. Cf. ib. 265. Quare Thucydidem quoque illorum aequalem sola forma *βορέας* usum esse non dubito. *Βορρᾶς* contra frequens est apud sequiores. Ceterum cum utraque forma Eustathius ad Il. I 5 non male comparavit *στερεός* et *στερρός*.

Cap. 102. *Ἀπόλλω*. Eadem Accusativi forma recurrit IV 97 extr. Atticam esse dubium non est. Vide Moeridem p. 33. A tragicis promiscue usurpatur cum altera *Ἀπόλλωνα*. Comici fere abstinent praeterquam in formulis *νὴ* — *μὰ* — *ναὶ μὰ τὸν Ἀπόλλω* (*Ποσειδῶ*), et hunc morem sequuntur scriptores pedestres praeter unum Thucydidem, si fides librariis.

III 9. *καθεστός*. Verum est *καθεστώς* et IV 10 *περιεστώς*. Utroque loco variant libri, quorum tamen nulla est in his minutiis auctoritas. Sola spectanda est terminationis origo ex *ώς*. Cf. Matthiae Gr. § 198, 3.

Cap. 23. *ἀναβιβήκεσαν* (cf. VII 4), IV 90 *καταπεπτώκει*, V 11 *προκεχωρηκει*, 35 *ἀποδεδώκεσαν*, VII 33 *ὑπολέλειπτο*, 44 *ἀναβεβηκει* (sed augmentum habent *AFH*), VIII 15 *ἀνακεχωρηκεσαν*, VIII 66 *τεθνηκει*, VII 72 *τε πεπόνθεσαν*. His fere locis apud Thucydidem desideratur augmentum syllabicum, quod iubente Grammatica Attica ei reddere non dubitabo.

Ibidem *ὑπονειφομένη* et IV 103 *ὑπένειφε*. De his vide Cobetum ad Hyperidem p. 57. Quam sit vetusta haec scribendi iota productum per $\overline{\epsilon\iota}$ consuetudo documento esto titulus apud Böckhium C. I. 142, qui pertinet ad Ol. 91—92, in quo exstat **ΤΕΙϹΑΜΕΝΩΙ** pro **ΤΙΣΑΜΕΝΩΙ**. Eadem vero aetate abusus iam eo processerat ut quadratario exciderit **ΠΕΝΤΕΛΕΙΚΟΙ** (*λίθοι*) pro **ΠΕΝΤΕΛΙΚΟΙ**. Vide C. I. 160, qui titulus exaratus est Ol. 92, 4.

Cap. 38. *ἐοικότες*. Atticos dixisse *εἰκώς, εἰκέναι, εἴξασιν* cett. tam poetarum quam veterum Grammaticorum testimoniis abunde constat. Videatur Cobet Mnem. III 145, V 264 et VII 9.

Cap 54. Tandem Thucydidi reddam *δεδραμένων* pro *δεδρασμένων*.

Cap. 67. *παρηνόμησαν* pro *παρενόμησαν* barbarum est.

Cap. 85. *ἐλήιζον τοὺς ἐν τῇ νήσῳ* et IV 41 *ἐλήιζον τε τὴν Λακωνικήν*. Utrobique *ἐλῄζοντο* corrigere occupavit Cobet ad Hyperidem p. 49.

Cap. 87. *διακωχή*. De vera scriptura vide quae disputarunt Valckenaer ad Ammonium cap. V, Pierson ad Moeridem p. 86 et 220, L. Dindorf in Thesauro I 2 p. 428 et Cobet Mnemos. V 188 sqq., X p. 76 et 88 sqq. Corrupta lectio imposuit Hesychio i. v. *κωχεύουσιν· ὀχοῦσι, μετεωρίζουσι. Σοφοκλῆς Καμικοῖς· πιστοί με κωχεύουσιν ἐν φορᾷ δέμας*. Nam Sophocles procul dubio dederat *μ' ὀκωχεύουσιν*, ut bene intellexit G. Dindorf in ed. V poet. scen. Gr. p. 137 a.

Cap. 90. *ἀντιπολέμιοι*. Veram formam *ἀντιπολεμοι* servavit Dio C. XXXVI 20 § 4.

Cap. 23. *ἐξετρύχωσαν*. III 48 § 2 *ἐκτρυχώσειν*. De his locis mentionem non facit Cobet Mnem. V p. 101 sq., ubi contendit IV 60 et VII 28 rescribendum esse *τετρυμένους* et *τετρυμένοι* pro *τετρυχωμένους* et *τετρυχωμένοι*. Ut taceam praesidio esse his formis illas neque ullo loco Thucydideo variare libros, non parum me movet MIMNERMI, *εἴ τῳ ἱκανὸς τεκμηριώσαι*, testimonium, qui in praeclara elegia apud Stobaeum XCVIII 13 vs. 11 sq. sic cecinit:

πολλὰ γὰρ ἐν θυμῷ κακὰ γίγνεται· ἄλλοτε οἶκος
τρυχοῦται, πενίης δ' ἔργ' ὀδυνηρὰ πέλει.

Minoris est nec tamen nullius in hac quaestione momenti observatio apud Cassionem Dionem, qui vehementer solet delectari formis vetustis ex Atticorum praesertim Thucydidis libris conquisitis, reperiri *τετρυχωμένοι* XXXVI 23 § 3. Idem

47 § 2 habet *ἐκτρυχώσειν* et LI 18 § 2 *ἐκτρυχωθεῖεν*. His omnibus permoveor ad credendum iam mature apud Graecos iuxta formas *τρύχειν, τρύσειν* et *τετρῦσθαι* nata esse *τρυχοῦν, τρυχώσειν, τρυχῶσαι, τετρυχῶσθαι*. Cf. Photius *ἐτρύχωσεν· ἐξέτριψεν*. Propterea minime nego esse ubi librarii formam sibi notiorem *τετρύχωμαι* pro altera *τέτρυμαι* substituerint. Hoc v. c. factum videtur apud Polyb. I 11 § 2 *τετρυχωμένοι ὑπὸ τῶν πολέμων*, ubi non dubito veram esse variam lectionem *τετρυμένοι*. *Fieri potest*, ut idem factum sit apud Thucydidem, sed nullam causam satis idoneam video exstare, cur id revera factum esse *contendamus*.

Cap. 94. *Δημοσθένην*. Ubique scribam *Δημοσθένη*, *Ἑρμοκράτη*, sim., licet plerumque repugnantibus libris. Has enim formas vetustior Atthis sola admittit. Vide G. DINDORFIUM, *Nachträgliche Bemerkungen zu den poetae scenici Graeci*. Ad recentiorem Athidem pertinere videtur Moeridis notula p. 134.

Cap. 111. *ἀθρόοι*. Eustathius ad Od. *α* 27 e veterum Grammaticorum praeceptis hoc vocabulum cum derivatis iubet scribi cum spiritu aspero Utilia quaedam monet Pierson ad Moeridem p. 19 i. v. *ἄθρους*. Dissentit auctor Lexici *περὶ πνευμάτων*, quod pone Ammonium edidit Valckenaer, p. 189: *τὸ ᾱ πρὸ τοῦ θ̄ ψιλοῦται. οἷον — ἀθροίζω*. Sed vulgarem potius quam Atticum consuetudinem is spectare videtur. Idem p. 191 sic scribit: *τὸ Α πρὸ τοῦ Ν ψιλοῦται. ἀνία, ἄνεμος, ἀνεμώλιον. Ἀνύω, ὃ καὶ ἀνύτω Ἀττικῶς γράφεται. καὶ τὰ λοιπά*. Cf. Gregorius Corinthius § 26 ed. Schaefer, qui laudat verba Thuc. II 75 *καὶ εἴτι ἄλλο ἀνύτειν μέλλοι ἐπιβαλλόμενον*. Attamen Atticos dixisse *ἀνύτω* per spiritum asperum contendunt ceteri. Moeris p. 179 *ἠνυσα, δασέως, Ἀττικῶς. ψιλῶς, Ἑλληνικῶς*. Bekk. An. Phryn. p. 14 *ἀνύειν* (sic) *δασύνουσιν οἱ Ἀττικοί. καὶ δῆλον ἐκ τῆς συναλοιφῆς. καθήνυσαν γάρ*. Bekk. An. *Συναγωγὴ Λεξ. Χρησ.* p. 411 *ἀνύσαι: δασέως· τὸ σπεῦσαι καὶ συντελέσαι* et ibidem *ἀνύττειν* (sic) *οἱ Ἀττικοὶ ὅπερ ἡμεῖς· ἀνύειν*

δὲ τὸ σπεύδειν. δασεῖα δὲ ἡ πρώτη κτέ. Aelii Dionysii esse hanc de aspiratione huius verbi doctrinam discimus ex Eustathio ad Il. Υ 451 ἐπὶ τοῦ σπεύδειν οἱ Ἀττικοὶ ἔλεγον ἀνύειν. Αἴλιος δὲ Διονύσιος φησι καὶ ὅτι δασεῖα ἡ πρώτη. τουτέστιν ἐδάσυνον οἱ Ἀττικοὶ τὴν ἄρχουσαν τοῦ ἀνύειν. Vide praeterea Dobreum ad Plutum vs. 607. — Thucydidi ego redditurus sum ἅθροος, ἁθροίζω et ἀνύτω.

IV cap. 2. ἦρος. Substantivum ἔαρ apud Thucydidem in Nom. et Acc. *numquam*, in casibus obliquis *semper* contrahitur.

Cap. 6 πρωί. Atticorum more scribam πρῳ. Cf. Pausanias ap. Eustathium ad Il. Ο 465. Lib. VII 19 pro πρωίτατα corrigam πρῳαίτατα, VII 39 init. et VIII 101 extr. πρῳαίτερον pro πρωίτερον, utrumque praeeunte Bekkero.

Cap. 12 ἐλειποψύχησε. Plutarchus de glor. Ath. III, ubi hoc Brasidae factum respicitur, servavit veram formam λιποψυχῶν. Cf. Cob. Mnem. III 138, 157 et IV 262 sq.

Cap. 25. ἀπολλύουσι. Antiquior Athis hanc similesque formas ignorat. Lege igitur ἀπολλύασι et V 19, 23 et VII 51 extr. ὤμνυσαν pro ὄμνυον. Phrynichus B. A. ἀπολλύασιν ὥσπερ δεικνύασι καὶ ὀμνύασιν Ἀττικῶς ἀντὶ τοῦ ὀμνύουσι καὶ δεικνύουσι καὶ ἀπολλύουσι. Cf. idem p. 40, 9; Moeris p. 12, 25, 26, 28, 168, 281, 337, 425. Quod autem apud Gramm. B. A. p. 430, 28 legitur ἀπολλύειν καὶ ἀπολλύναι καὶ ἀποδεικνύειν καὶ ἀποδεικνύναι διττῶς λέγουσιν ita verum esse puto, ut formas in *νω* apud oratores Atticos, ubi frequenter reperiuntur inque nova comoedia minime sollicitandas esse arbitrer. Ipse iam Aristophanes Plut. 719 ab antiquo usu descivit scribens: ἔπειτ' ἔφλα/ ἐν τῇ θυΐᾳ συμπαραμιγνύων ὀπόν/ καὶ σχῖνον.

Cap. 26 § 3. ἀληλεμένον verum esse, non ἀληλεσμένον, splendida Dobree probavit emendatione loci AMPHIDIS in Advers. II p. 348.

Cap. 38. παρῆκαν. Cf. VII 19 ἀφῆκαν. Sed V 81 et VII 19 recte legitur ἀφεῖσαν et V 32 ἀνεῖσαν. Has

autem formas illis quoque locis restituere eo minus dubito, quod summa constantia *ubique* scribitur ἔθεσαν et ἔδοσαν cum utriusque verbi compositis, *nusquam* ἔθηκαν aut ἔδωκαν.

Cap. 67. Ἐνναλιεῖον scribam cum Cobeto. — Ib. εἰώθεσαν. Suidas et Photius: ἐωθώς χωρὶς τοῦ ι Ἄρχιππος καὶ Ἀράρως ἔωθας καὶ Θουκυδίδης ἐώθεσαν. Repetenda videtur haec varietas ex antiqua literatura ante-Euclidea, qua E scribebatur pro diphthongo EI, quae scribendi ratio frequenter apparet in vetustis titulis Atticis. Sic in C. I. n°. 70 ΤΡΕΣ legitur pro ΤΡΕΙΣ, n°. 76 ΕΠΕΣΤΑΤΕ pro ΕΠΕΣΤΑΤΕΙ. Quare Ionicum ἔωθα Thucydidi obtrudere nolo, etsi illam adnotationem debere suspicor Aelio Dionysio. Ad eundem scribendi morem refero, quod apud nostrum V 11 male legitur περιέρξαντες pro περιείρξαντες.

Cap. 76. ἐπιθαλασσιδιοι. Cf. VI 62 παραθαλασσίδιον. Illic ἐπιθάλασσιοι, hic παραθαλάσσιον verius videri possit. Ἐπιθαλάσσιος legitur II 56 bis, III 7, 91 et 105, παραθαλάσσιος II 26 et IV 56. De formis in ιδιος docte egit Lobeck Parerg. c. II p. 556 sqq.

Cap. 78 extr. Περραιβοὶ et Περραιβίαν scribendum esse per duplex ρ recte iudicat Krüger, cl. Aeschyli loco Suppl. 253, ubi metro ea forma postulatur. Orthographiam Homericam (Il. β 749) in scriptore Attico nihil moramur. — Idem recte edidit § 2 Λαρίσης pro Λαρίσσης.

Cap. 116. Ἀθηνᾶς. Corrigam Ἀθηναίας hic et V 10 § 10 et 23 extr. Vide quae de utraque forma fuse disputavit Cobet Mnem. X 80 sqq.

Cap. 121. προσηρχοντο corrigendum esse e Pollucis Onom. III 152 dudum observatum est. Nemo tamen ausus est in textum recipere, quod solum scribi potuit, προσῆσαν. Herbst nescio quid comminiscitur de *offerendis primitiis*, quasi id conveniat sententiae aut Graece dicatur προσάρχεσθαι

Cap. 122. ἠφίει pro ἀφίει recipiendum ex uno codice non optimae notae. Cf. II 49.

Cap. 125. ἐκπληγνυσθαι. ἀντὶ τοῦ ἐκπληττεσθαι Θου-

κυδίδης. Moeris p. 162. Cf. ἀπεφράγνυσαν VII 74, pro usitatiore ἀπέφρασσον.

Cap. 126. ἀμυνομένους. Bene Kr ἀμυνουμένους. Vitium propagatum e literatura ante-Euclidea, quum ō scribebatur pro diphthongo ου. Idem accidit II 44 in., ubi antiqua scriptura ΟΛΟΦΥΡΟΜΑΙ significare videtur ὀλοφυροῦμαι, non ολοφύρομαι. Loco IV 35 optimi libri habent ἀμυνομενοι, ubi tamen recte editum est ἀμυνοίμενοι. Utra lectio verior sit ambigo II 34 med. καὶ γυναῖκες παρεισιν αἱ προσηκουσαι ἐπὶ τὸν τάφον ὀλοφυρόμεναι. Cf. 46 extr. νῦν δ' ἀπολοφυράμενοι ὃν προσηκει ἕκαστος ἄπιτε.

V. 6. Κλεαρίδου et sic 10 extr. et 11 extr. Veriorem formam Κλεαρίδα libri servarunt cap. 10 init. Cf. I 103 Ἰθωμήτα s. Ἰθωμάτα, ut mavult Cobet. Genetivi tamen Βρασίδα nullum est vestigium. Βρασίδου constanter scribitur et fortasse recte, quia nomen erat Atticorum auribus familiarissimum.

Cap. 16. ενλάξειν. Scribam ευλαξεῖν cum Cobeto Mn. VI p. 165. Cf. Phot. lex. αυλαχα ibique Naber.

Cap. 26 med. ἐχυρῶς. Codd. Dionysii H. habent οχυρῶς, ut perpetuo in his formis variant libri. Non tamen illam ut novitiam cum Blomfieldo ad Aesch. Pers. proscribere ausim. Rectissime enim ab ἔχω formata est, ad analogiam vocabulorum φλεγυρός (a φλέγω) et Βλεπυρος (a Βλέπω). Cf. Photii lex. ed. Nab. p. 241. — Eadem varietas apud antiquos fuit in ὀχμάζω (Eurip.) et ἐχμάζω in Lex. Rhetor. ap. Eustath. Il. p. 904. Cf. Hesych. et Schol. Eur. Or. 254. — In extremo capite formae αἴσθεσθαι, quam Bekker aliique editores pro αἰσθέσθαι receperunt, omnem fidem denego. In loco Platonis Rep. X. p. 608 A pro αἰσθώμεθα merito Stallbaum iubente sententia e duobus codd. recepit εἰσομεθα. Hinc res redit ad unum locum Isocratis III 5 ὥστ' οὐκ αἴσθονται τοιούτῳ πράγματι δυσμενῶς ἔχοντες, ut Bekker e suis libris rescripsit pro vulgata antea lectione αἰσθάνονται, quam melius me iudice reliquisset intactam. Nec Grammaticorum quisquam de

forma tam mirabili fecit mentionem, nisi forte testimonii loco habenda putas verba Grammatici περὶ συντάξεως apud Bekk. An. p. 122, 32, qui sic scribit: αἴσθομαι αἰτιατικῇ ἐκ τοῦ κατὰ Μειδίου· ὅλη γὰρ ἡ πολις τὴν ἀντίδοσιν καὶ τὴν ἐπιβουλὴν τοτε ταύτην καὶ τὴν ασέλγειαν ᾔσθετο. Testatur vero haec ipsa adnotatiuncula magistellorum in formis fingendis levitatem et imperitiam, qui ne intellexerint quidem ᾔσθετο Aoristum esse ab αἰσθάνομαι. Eiusmodi autem homunculis fidem habere Bekkeros!

Cap. 28 ἀπηνέγκαν. Cf. III 53 επεσενεγκάμενοι, V 10 απηνεγκαν, 38 ἐσηνεγκαν (et sic VIII 67), 115 ἐσενεγκάμενοι. Altera forma legitur V 17 προσενεγκοντων, VI 25 ξυνενέγκοι, 66 κατενεγκόντες, 76 ἐνεγκοντες, et passim. Verissime Eustathius ad Od. β 85: φησι — Ἀίλιος Διονύσιος οτι εἶπον καὶ εἶπα ἀμφοτερα παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς, μᾶλλον δὲ τὸ προτερον. καὶ τὰ προστακτικὰ δὲ ἀμφοτέρως εἶπέ καὶ εἶπον. καὶ αἱ μετοχαὶ ὁ εἰπὼν καὶ ὁ εἶπας. Ἰστέον δὲ οτι καθαπερ εἶπον καὶ εἶπα, ουτω καὶ ηνεγκα καὶ ηνεγκον. καὶ μαλλον τουτο, ως ὁ κωμικος ἐν Ἀυσιστρατῃ ταλαιν' ἐγὼ, το ῥᾴδιον ηνεγκον μέρος· τοῦ δὲ ἑτέρου χρησις παρ' Εὐριπίδῃ· ηνεγκα κἀξέσωσα. Cf. Photius lex. i. v. ηνεγκα et B. A. p. 41, 28. Etsi igitur utraque forma Atticos usus esse satis constat, dubito tamen an scriptores pedestres utraque promiscue usi esse censendi sint, et valde inclino in eam partem, ut Aoristi prioris usum Thucydidi abiudicem. De εἶπα ea res constat consensu codicum omnium.

Cap. 30 Σόλλιον. Codd. in hoc nomine variare solent inter Σολλιον Σολλειον et Σόλιον. Ultimam formam, quam habet Stephanus Byzantinus, stabilire videntur cognata nomina Σολοις et Σόλοι et (fortasse) Σολύγεια.

V 35 ὑπετοπευον. Forma unice vera huius verbi est ὑποτοπεῖν. Illa, quae praeterea reperitur VIII 67 § 2, extremi aevi scriptoribus relinquenda. Cf. IISt. VII, 9568. Natam suspicor e confusione illius verbi cum ὑποπτεύω — Vide Phrynichum B. A. p. 67, 30 sq.

Cap. 53. E *Πυθέως* optime Dobree elicuit *Πυθαιῶς*. Vulgo male recepta est Wesselingii coniectura *Πυθαέως*, nec melius Valckenaer correxit *Πυθαιέως*.

Cap. 59 *Θράσυλλος*. Perpetuo codd. variant inter hanc formam et *Θράσυλος*, et apparet eadem, quod doleas, in Inscriptionum Graecarum apographis varietas. Sic v. c. titulus 224 C. I. (Ol. 115, 1) exhibet *Θράσυλλος Θρασύλλου Λεκελεεύς*, sed Giamberti apographum habet *Θρασυλος Θρασύλου*, Sponius autem ac Wehlerus scribunt *Δεκελεύς*. Idem valet de Inscr. 225 (Ol. 127, 2). *Θρασυκλῆς Θρασύλλου Λεκελεεύς*, ubi Ursinus habet *Θρασύλου*. Sine varietate est *ἐπὶ Θρασύλλου* in titulo 162 (Ol. 120—130 sec. B.). Difficillima est inter utramque forma optio. *Θράσυλος* enim formatum est a *θρασύς*, ut *Αἴσχυλος* ab *αἰσχρός*, ut *Μίκυλος* a *μικρος*. *Θρασυλλος* vero potest esse forma deminutiva a *Θρασυκλῆς*, ut *Ἴρυλλος* ab *Ἡρακλῆς*, ut *Βαθυλλος* a *Βαθυκλῆς*, ut *Ἀρίστυλλος* ab *Ἀριστοκλῆς*. Cf. Eustathius ad Il. Ξ 324, Etym. M. i. v. *Ἄμφις* et in v. *Ἀριστυλλος*, qui sua hausit ex Herodiano *εἰς τὴν Ἀπολλωνίου εἰσαγωγην*. Proba igitur utraque forma videtur, nomina diversa. Hinc in titulo 224 fortasse verior lectio est *Θράσυλος Θρασύλλου*, in altero *Θρασυκλῆς Θρασύλλου*. Quia autem librarios proclives esse constat ad duplicandos consonantes, qui semel scribendi sunt, *Θρασυλος* prae *Θρασυλλος*, variantibus libris, apud Thucydidem praetulerim.

V 66 *ενωμοτάρχαις*. Scribendum esse *ἐνωμοτάρχοις* intellexit L. Dindorf ad Cyrop. VI 3 § 6. Longius idem progreditur ad Remp. Lac. XIII § 4, ubi praefert *ἐνωμοτίαρχος*, formatum ut *στρατίαρχος*: non enim convenire alteram formam, nisi *ἐνωμοτίας* viri singuli dicti sint *ἐνωμοτοι*. At enim, ut omittam, magnum esse ubique in libris consensum in *ἐνωμόταρχος* (et *—ἀρχης*), mira est in toto hoc genere varietas: nam iuxta *πεμπάδαρχος*, *ἑξάδαρχος*, *δεκάδαρχος* et *δωδέκαρχος* reperiuntur formae *πένταρχος*, *δέκαρχος*, *δωδέκαρχος*, *ἑκατόνταρχος*, *χιλίαρχος* et *μυρίαρχος*. Neque qui his praefectis parebant milites dicebantur *πέντε*, *ἕξ*, *δέκα*, cett. Supra V 37 et 38 pro *βοιωταρχαις* et *βοιωτάρχαι* corrigam *βυιωταρχοις* et *βοιωταρχοι*.

Cap. 77 *ἀμοθεί* male receptum pro *ἀμοθι* s. *ἄμοθι* et peius explicitum ab Ahrensio *αστασιαστως*, siquidem *τὸ αστασιάστως βουλεύσασθαι* imperari sociis non poterat, poterat *τὸ ἀμόθι*, i. e. *κοινῇ*. Cf. V 47 § 9 et 80 § 1 (*ἁμα*), quos locos comparavit Didot. Vox formata ut *οθι*, *αυτοθι*, *ἄλλοθι*, similia.

Lib. VI 2 extr. *Σολοεντα* in scriptore Attico non ferendum. Scribam *Σολοεντα*, ut *Ὀποῦντα*, *Σελινοῦντα*, *Λαφνοῦντα*.

Cap. 43. *Ῥοδίων πεντηκοντορων*. Locus valde memorabilis et quantivis pretii emendaturis veteres scriptores. Veram enim formam numeri dualis, quae in adiectivis, participiis, pronominibus, articulo fait antiquis Gr. communis, h. l. servarunt librarii, non videntes *πεντηκοντορoιν* esse generis feminini.

Cap. 54 *ἐπεμέλοντο*. Cf. VII 39 *ἐπιμελομένους*. His solis locis scribae pepercerant formis vetustis et sana nitentibus analogia. At IV 118 et VI 91 legitur *ἐπιμελεῖσθαι*. VIII 39 *ξυνεπιμελεῖσθαι*, VII 8 *ἐπιμελεῖτο*, quas formas Dindorfii iure veteribus Atticis abiudicarunt. Egregie nuper hoc quoque argumento Guilielmus in ed. V Scenicorum post Nauckium in Phoenissis Euripideis proscripsit vss. 555 sqq. *σύτοι — ἐφημερους*, quibus male interrumpitur filum argumentationis. — Cf. Moeris i. v. *ἐπιμέλου* p. 148 et Thomas Mag. i. v. *ἐπιμέλομαι*.

Cap. 61 *περιεστηκει*. *Εἱστηκη* eiusque composita ubique scribam per diphthongum.

Cap. 64 *ευνοων*. Bene *εὐνων* libri peiores. *Ευνοις* recte editur V 106, *ευνουν* ib. 109 et alibi, *εὔνοι* VI 88.

Cap. 69 *σαλπιγκται*. Phrynichus ed. Lob. p. 191: *σαλπικτης· το δοκιμον διὰ του κ κτέ*. Moeris p. 354: *Σαλπικτης Ἀττικῶς, σαλπιστης Ἑλληνικῶς*. Vide Passoviani Lexici ed. V tam.

Cap. 85. Pro *παρυχῆ* cum Cobeto reponam *παροκωχῆ*.

Cap. 94 *πιμπραντες*. Cf. I 30, 49, 108. Verbum simplex

vereor ne sit alienum a prosa Attica. Idem valet de *πίμπλημι* VII 75, ubi tamen serus auctor lex. Seg. B. A. p. 169, 20 iam legit: *δακρυσι πᾶν τὸ στρατευμα πλησθέν*.

Cap. 98 *αποσκίδνασθαι*. Malim *ἀποσκεδάννυσθαι*, ut alibi solet noster. Illa forma reperitur apud Ionas, apud poetas, apud serioris aevi scriptores pedestres. *Διασκίδνασθαι* pro *διασκεδάννυσθαι* Xenophonti tribuit Pollux VI 194. Quod verbum licet nunc in Xenophontis libris non legatur, non tamen ei ausim abiudicare, propterea quod formis quibusdam Ionicis Xenophontem non abstinuisse satis constat. Ut autem in Thucydide nihil temere novemus, suadet Marcellini locus § 41 *διά γε οὖν τὸ ὑψηλὸν ὁ Θουκυδίδης καὶ ποιητικαῖς πολλάκις ἐχρησατο λέξεσι κτέ*. Huc quoque retulerim formam *δορί* pro *δορατι* I 128 § 5 et IV 98 § 5. Cautelam praeterea suadent, quae mox adnotabo ad 78 § 3.

Liber VII 6. *ταυτον* hoc loco ut I 36 extr. servarunt codd. Alibi fere tam ante consonantem quam ante vocalem legitur *ταυτο*. Cf. II 9, III 12, 37, 68, III 46, 47, 91. Contra constanter fere scribitur *τοσοῦτον* ante utrumque. Cf. I 88, 127, II 65, 87, 88, III 52, VI 72, quod idem valet de *τοιοῦτον*. Cf. I 132, III 21, 30, IV 67.

Cap. 17 *θέλωσι*. Ubique reponam *ἐθέλειν*, qua forma veteres Attici in sermone pedestri, exceptis *fortasse* formulis quibusdam, sola usi esse videntur.

Cap. 50 § 2 *Λιβυς*. Felici casu servata est h. l. genuina forma Accusativi Plurali, quae alibi corrumpi solet in *Λιβυας*.

Cap. 78 § 3 *στάδια*. Videatur Photius i. v., cuius verissimam adnotationem deberi Aelio Dionysio docet Naber in prolegomenis p. 25. Cf. Cobet Mnem. X, 87.

Cap. 81 § 5 *ανειληθέντες*. Etiamsi hic Aoristus non potest derivari nisi a Praesenti *ανειλεῖν*, tamen Atheniensses in Praesenti dixisse *ανίλλειν* auctor est Phrynichus ap. Bekk. p. 19 i. v. *ανίλλειν βιβλίον: οἱ μὲν ἄλλοι περισπῶσι τὴν λέξιν καὶ δι' ἑνὸς λ γραφουσιν, οἱ δὲ Ἀττικοὶ παροξύνουσι καὶ διὰ δυοῖν λλ γράφουσιν. οὕτω καὶ τὸ ἐξίλλειν*. Suspicor autem Grammaticum dedisse: *ἀνείλλειν — ἐξείλλειν* per diphthongum. Ceteros enim Graecos non *ἴλεῖν* sed *εἴλεῖν* dixisse certum est itaque Atticis tribuens *ἴλλειν* de hoc quoque discrimine tacere non poterat. Loco II 76 § 1 codices omnes conspirant in *ἐνείλλοντες*. Cf. Suidas in ea voce. Ceterum sitne *εἴλλειν* an *ἴλλειν* verius, haud facile dixeris. Ut enim pro hac forma pugnant vocabula *ἴλη*, *ὅμιλος*, *ἰλλός*; ita pro illa militat Atticum *εἰλήθην* et formae verbi Ionicae cum derivatis et cognatis *οὐλη*, *ἐξουλή*, *εἰλύω*, *εἰλίσσω*, aliis. Diphthongum patrocinatur Lobeck ad Phryn. p. 30, vocalem Cobet Mnem. III 159. Phrynichi testimonium stare pro illa supra significavi.

Cap. 87 § 2 *δίψει*. Codd. Reg. G. et Marc. recte habent *δίψη*. quemadmodum IV 35 § 3 Pal. D. I. et mg. Steph. bene exhibent *δίψης* pro *δίψους*. In forma antiquiore libri omnes conspirant II 49 § 3. *Λῖψος* ab antiquiore sermone Attico alienum esse habeo persuasissimum. Similiter planissime assentior iis, qui *τὸ σκότος* tribuentes recentioribus formam masculinam *ὁ σκότος* antiquis scriptoribus Atticis ubique restituendam esse opinentur. Is solus hodie legitur apud Aristophanem, tragicisque certatim paucissimis, quibus neutrum legebatur, locis est redditus. Aelius Dionysius apud Eustathium ad Od. vs. 53 *παρασημειούμενός τινα ὅπως* (apud Atticos) *κατὰ γένη προφέρονται* inter masculina recenset *ὁ σκότος*, non memorans genus neutrum, quum contra in iis, quae utroque genere gaudent, ponit *ὁ ταφιχος καὶ το τάφιχος τὰ στάδια καὶ οἱ στάδιοι. Λῆλον δέ*, subiungit Eustathius, *ὅτι Ἀττικῶς ταῦτα πάντα, ἐπεὶ καὶ Αττικαῖς λέξεσιν Διονύσιος ἐπεξέρχεται. ἀλλως γὰρ καὶ ἡ θὶς λέγεται*. [ὅτι dele] *καὶ ἡ λιμος καὶ τὸ σκοτος*.

VIII 56 *ξυμβασείοντα*. Certam analogiam postulare *ξυμβησείοντα* demonstravit Pierson ad Moeridem p. 14. Laudarunt multi; nemodum obtemperavit. *Διαβησείω* legitur ap. Cassium Dionem XL 32 § 2.

Cap. 81 extr. *μονως* antiquis abiudicandum. Rectissime quidam libri *μονον*.

Cap. 86 § 1 *πρεσβευταί*. Optime Thomas Mag.: *ἁμαρτάνει ὁ λέγων ἐπὶ πληθυντικοῦ πρεσβευταὶ καὶ πρεσβευτάς. οὐδεὶς γὰρ τῶν δοκίμων εἶπε τοῦτο.* Diserto testimonio, quod stabilitur ingenti locorum numero, tandem plus tribuamus quam paucissimis locis, ubi vitiosam suam loquendi consuetudinem in veterum scripta intulerunt Graeculi.

Cap. 101 init. *ἐπισιτισάμενοι δυοῖν ἡμέραις*. Sic hodie editur ex emendatione Lobeckii pro codicum omnium lectione *δυσὶν ἡμέραις*. Peccat tamen ea emendatio contra constantem usum Thucydideum. Nusquam enim formam *δυοῖν* coniungit cum numero Plurali sed constanter cum Duali, contra ubi *δύο* iungit cum Plurali, nusquam eam formam declinat. Scribit igitur aut *δύο ἡμέραις* aut, quod h. l. genuinum puto, *δυοῖν ἡμέραιν*. Vide e plurimis exemplis I 104 § 2 et II 62 *δύο μερῶν*, III 15 *τοῖς δύο μέρεσιν*, sed IV 8 § 4 *δυοῖν νεοῖν*, ib. 64 extr. *δυοῖν ἀγαθοῖν*. VI 43 *δυοῖν — πεντηκοντόροιν*. IV 47 *διὰ δυοῖν στοίχοιν*.

ADDENDA ET CORRIGENDA.

Cap. 24 § 2 *κατὰ δὴ τὸν παλαιὸν νόμον ἐκ τῆς μητροπόλεως κατακληθείς*. Doceri pervelim, quae sit h. l. vis verbi compositi *κατακαλεῖν*. Aliquanto aptius me iudice foret aut *κληθείς*, aut *παρακληθείς*, *vocatus*, *invitatus*, quorum verborum hoc Thucydidi reddendum esse suspicor.

Cap. 25 § 4. *περιφρονοῦντες δὲ αὐτοὺς κτέ*. In frequenti confusione praepositionum *περί* et *ὑπέρ*, vix dubito Thucydidem more Atticorum omnium dedisse *ὑπερφρονοῦντες* pro *περιφρονοῦντες*, quod verbum sensu *contemnendi* ab antiquiore Graecitate alienum esse videtur. Cf. Classen.

Cap. 36 § 3. An forte supplendum: *τρία μὲν (τυγχάνει) ὄντα κτέ.*?

Cap. 41 § 1. *χάριτος — ἀντιδοθῆναι*. L. *ἀνταποδοθῆναι*. Cf. ad IV 63 p. 45. Recte mox *τὸ δ' ἴσον ἀνταπόδοτε*.

Pag. 11 ad 52 § 1. Quod *βουλόμεναι* malim, cf. I 116. Alia ratio est loci I 110.

Cap. 53 § 1. Praefero lectionem *ἐς κελητιον ἐσβιβάσαντες*. Cf. ad 134 § 3, p. 21.

Cap. 61 § 2. *προσκαθεζομένοι δὲ καὶ αὐτοὶ [τὴν Πύδναν] ἐπολιόρκησαν μὲν κτέ*. Cf. I 126 § 4 et 134 med.

Pag. 12 ad 63 § 1. Schol. ad h. l. recens agnoscit *χωρίον*. Nec tamen dubito quin vere expunxerim. Cf. II 84 § 1, IV 96, et ita passim.

Cap. 67 § 2. *ἐνῆγον τὸν πόλεμον*, II 21 § 3 *ἐνῆγον τὴν ἔξοδον*, VI 15 § 1 *ἐνῆγε τὴν στρατείαν*. Nemo Atticorum (nam sequiores nihil moror) praeter Thucydidem verbum *ἐνάγειν* iunxit cum *Accusativo rei*. Dicunt enim aut *ἐνάγειν τινά εἴς τι* aut *ἐνάγειν τινά τι* (s. *ὥστε τι*) *ποιεῖν*, aut *absolute* hoc verbo utuntur. Illa autem ratio, quae his tribus locis obtinet, vereor ne pugnet cum ipsa verbi notione *inducendi, instigandi*. Quare duobus ultimis lubens magistellis tribuerim substantiva *τὴν ἔξοδον* (loci sententia requirit potius *τὴν ἐπέξοδον*) et *τὴν στρατείαν*. Cf. IV 24 § 2, VI 61 § 1, VII 18 § 1, VIII 78 extr. Herod. V 104, III 1. Primo tamen loco idem facere vix ausim. Quare in reliquis quoque *ἐφεκτέον*.

Pag. 15 ad 90 § 3. Praeterea cf. V 82 extr.

Pag. 16 ad 95 extr. Si quid mutandum, deleverim potius *τότε*. Cf. 133 et 136 extr.

Cap. 104 extr. Dele *μέρος* post *τρίτον*.

Cap. 105 § 5. *ἐνόμισαν αὐτοὶ ἑκάτεροι οὐκ ἐλασσον ἔχειν ἐν τῷ ἔργῳ*. Hic quoque expectaveram *σχεῖν*. At recte habere *ἔχειν* docent loci III 5, IV 25 § 4 et VIII 61 extr., quos iam tentasse me nollem.

Cap. 111 § 1. *Ἐκ δὲ Θεσσαλίας Ὀρέστης ὁ Ἐγεκρατίδου υἱὸς τοῦ Θεσσαλῶν βασιλέως φεύγων ἔπεισεν Ἀθηναίους ἑαυτὸν κατάγειν*. Male Classenium pro *Θεσσαλῶν* coniecisse *Φαρσαλίων* apparet e sequentibus. Ita enim Th. ad *Φαρσάλιον* non adscripsisset *τῆς Θεσσαλίας*. Si quid mutandum sit, possis: *υἱός, Θεσσαλῶν του βασιλέως*. At recte viri docti provocant ad Herodotum V 53 et VII 6, ubi vide Steinium.

Cap. 112 § 1. Expunge *τοῦ — βασιλέως*, huc invecta ex 110 § 1.

Cap. 116 § 1. *ἔτυχον γὰρ αἱ μὲν ἐπὶ Καρίας ἐς προσκοπὴν τῶν Φοινισσῶν νεῶν οἰχόμεναι, αἱ δ' ἐπὶ Χίου καὶ Λέσβου περιαγγέλλουσαι βοηθεῖν*. Siquidem manifesto *περιαγγέλλουσαι*, haud secus quam vocabula *ἐς προσκοπήν*, pendet ab *οἰχόμεναι*, non ab *ἔτυχον*, dubium non est

quin rescribendum sit *περιαγγελοῦσαι*. In Palatino est *περιαγγέλουσαι*, et sic habet Paris. meus.

Pag. 19 vs. 13 pro *permutare* l. *permutari*.

Cap. 120 § 5. *καὶ ἔτι πλείω καλῶς δοκοῦντα βουλευθῆναι ἐς τοὐναντίον [αἰσχρῶς] περιέστη*. Cobeto egregie expungenti *αἰσχρῶς* frustra obloquitur Krüger, contendens sic interire vocem oppositam adverbio *καλῶς*. Quasi illa oppositio non iam insit vocabulis *ἐς τοὐναντίον*, quorum *αἰσχρῶς* est interpretamentum!

Ibid. ad 121 § 3. Ita Lud. Dindorf, ut disco ex Bekkeri ed. II stereotypa.

Cap. 126 § 3. *ἐπῆλθον Ὀλύμπια*. Iure Bekk. praetulit alteram lectionem *ἐπῆλθεν* et recte II 8 edidit *λόγια ἐλέγετο* pro *ἐλέγοντο*. Male idem codicum lectionem pro antiqua vulgata substituit V 62 § 2 edendo *ἁμαρτήματα ἐγένοντο*, nec melius V 75 retinuit *Κάρνεια ἐτύγχανον* pro *ἐτύγχανεν*, ut est in *E*, et VI 62 § 4 *ἐγένοντο — τάλαντα*, ubi contra codd. omnes non reformidabo reponere *ἐγένετο*. Locum VIII 10 *Ἴσθμια — ἐπηγγέλθησαν* bene curavit B., e libro Vaticano inserendo post *γάρ* vocabula *αἱ σπονδαί*. Alium, VI 86 *ἐδείξαν δὲ καὶ ἄλλα*, recte fortasse interpretatus est Krüger, quem consulas. Gratiae agendae sunt scribis, quod non saepius his sui sermonis sordibus inquinarunt veterum scripta. Eustathium aliosque extremae aetatis scriptores evolvens videbis hunc esse solennem istis scribendi morem. Plane diversus est is usus num. Plur., de quo accurate actum est a Porsono in addendis ad sec. ed. Hecubae p. 99 sq.

Cap. 128 § 1. Vocabula *ἀπὸ Ταινάρου* post *Ποσειδῶνος* iure suspecta Classeno. — Ib. § 2. *τὰ πρὸς βασιλέα [πράγματα] πρᾶσσειν*? Cf. IV 75 § 4 et VI 88 § 4. Alio sensu *πράγματα* usurpatur IV 76 § 1.

Pag. 20 ad 130 § 2. Graecum est *κατέχειν τὴν ὀργήν, τὸν θυμόν, τὸν γέλωτα* similia, usurpatarque hoc verbum de quovis animi impetu cohibendo.

Pag. 21 ad 133 § 1. Recte *ἐντός* legitur VI 101 § 3.

Pag. 22 ad 137 § 1. Cf. Diodorus XI 56: — *τὸ τηνικαῦθ' ὁ βασιλεύς, φοβηθεὶς μὲν τὰς ἀπειλάς, ἐλεῶν δὲ τὸν ἱκέτην.* — Diodorum in hac parte historiae sequi Ephorum auctorem haud spernendis argumentis nuper probare aggressus est C. A. Volquardsen in: *Untersuchungen über die Quellen der Griechischen und Sicilischen Geschichten bei Diodor. B. XI—XVI.* Ephorum autem sequi imprimis Thucydidem nemo dubitabit.

Cap. 137 § 2. *μέχρι πλοῦς γένηται.* Rectius VIII 58: *μέχρι ἂν ἔλθωσι.* In *ἕως ἄν*, quantum memini, apud Th. nusquam peccatum est. E multis locis vide I 28 extr., 29 extr., 90, III 82 § 2, 97 § 1, VI 77, VIII 11, 29, 84. *Πρὶν ἄν* recte legitur I 91, IV 97, VI 71, sed omissa particula VIII 9 bis, VI 29, alibi. Eadem paene constanter abest a formula *μέχρι οὗ*. Cf. III 28, IV 16 § 3, IV 41 § 1, 46. Unico loco addita VII 83 § 2; unde fit ut illis quidem locis in vulgata, sed invitus, acquiescam.

Pag. 23 ad II 4 § 2. Eadem vocula perdidit locum Isocratis in Panegyrico § 113: *εἶτ' οὐκ αἰσχύνονται, τὰς αὑτῶν πόλεις οὕτως ἀνόμως διαθέντες* [*καὶ*] *τῆς ἡμετέρας ἀδικῶς κατηγοροῦντες;*

Pag. 24 ad II 9 § 1. De Messeniis Naupactum incolentibus Thucydidem cogitasse probabile non est. Neque enim hi post relictam Peloponnesum amplius eo nomine designabantur, ut opinor.

Pag. 25 ad 18 § 2. Plus huic coniecturae tribuerem, si constaret Atticos, ut recentiores, substantivo *ξυναγωγη* usos esse pro *ξύλλογος*.

Cap. 26 ad 21 § 1. Eadem est Krügeri sententia. Nec tamen Grammatica Graeca vulgatae lectioni adversatur. Quinimo gravis me tenet suspicio locum saepe frustra tentatum III 40 § 1 mutatione propemodum nulla sic refingendum esse: *οὐκοῦν δεῖ προθεῖναι ἐλπίδα οὔτε λογῳ πειστην* (pro *πιστην*) *οὔτε χρήμασιν ωνητην.* Interpolatione laborare videtur locus Herodoti VII 6 init.: *ἀνέπεισε Ξέρξεα* [*ωστε ποιέειν*] *ταῦτα.*

Pag. 27 ad II 25 § 1. Eiusdem confusionis luculentum exemplum est in Avibus vs. 615, ubi optimus Ravennas contra metrum: *ἀλλ' ἐπαποδυώμεθ' ἀνθρωποι τουτῳ τῷ πράγματι.* Ib. ad 30. Non expungo *την νῆσον*. Operarum error.

Pag. 29 ad 37 adn. extr. Loco tamen III 94 nihil muto.

Cap. 54 in. *τὸν οὐκ ὀντα.* Requiro *οὐκέτ'*.

Pag. 31 ad 44 § 1. Re diligentius considerata, non sufficit scribere *ἐς τελευτῆσαι.* Etenim post verba *τῆς εὐπρεπεστατης — τελευτῆς* de morte iterum mentio facta esse non potest. Requiritur, ut opinor, aliquid in hanc sententiam: *καὶ οἷς ἂν ἐνευδαιμονῆσαι τε ὁ βίος ὁμοίως καὶ ἐνδυστυχῆσαι* (s. *ἐνταλαιπωρῆσαι*) *ξυμμετρηθῇ*, i. e. *in quorum vita aerumnae non superant felicitatem*, s. *quibus Fortuna aequa lance bona et mala appenderit.* Indicativus post coniunctivum non defenditur locis IV 18 § 2 et 92 § 2, laborantibus et ipsis.

Pag. 31 ad 50 extr. E multis pauca exempla adscribere iuvat: I 143 § 4, II 15 § 3, III 58 § 4, III 66 § 1. Erat quum loco I 73 extr., inserta una litera, sic restituendum esse putarem: *τιμωριον δὲ μέγιστον* (*ο*) *αυτος ἐποιησε· νικηθεὶς γὰρ — ἀπεχωρησεν.* At non dubito, quin vulgatam lectionem satis tueatur locus III 67 § 6, quem affert Classen. Cf. etiam VI 82 § 1.

Cap. 56 § 1. *νεῶν* post *παλαιῶν* recte om. Monac. Superscriptum habet meus Paris.

Ib. § 2. *ἐς ἐλπιδα μὲν ἠλθον τοῦ ἑλεῖν.* Poterat *τοῦ ἑλεῖν ἂν*, quod tamen ob additam Infinitivo articulum non videtur necessarium. Quamquam I 144 legitur: *ἐς ἐλπίδα τοῦ περιέσεσθαι* et II 42 *τὸ ἀφαρὲς τοῦ κατορθωσειν.* Certe, ubi non addatur articulus, *sperandi* verba non admittere in oratione pedestri *nudum Infinitivum Aoristi* nullus dubito. Particula recte adest I 127 § 2, II 20 § 1 (bis), II 51 extr., II 93 § 2 (rescripto *ἐπιπλεῦσαι* pro *ἐπιπλεύσειαν* cum Dobreo) II 102 § 3, III 30 § 1 et § 2, [III 84], VII 61 extr. In corrupta lectione VI 87 § 4

ἀντιτυχεῖν nihil aliud latere quam ἂν τυχεῖν ad eum locum observavi p. 89. Confuderunt librarii ΚΑΙ et ΚΑΝ (κἀν) II 80 § 1 ante Ναύπακτον et V 102 ante στῆναι. Hausisse videtur vocalem ΑΝ terminatio ΑΙ Infinitivi IV 80 § 1 et VI 33 extr. Post ἐπειχθέντας eadem vocula periit III 3 § 3, post ἀναλαβεῖν IV 70 extr., post ἑλεῖν IV 13 § 1. Nisi forte ibi Kr. recte μάλιστα iungit cum ἑλεῖν. Ita enim potius scriba ΜΑΛΙΣΤᾹ (μάλιστ' ἂν) cum ΜΑΛΙΣΤΑ confudisse censendus erit. Hoc procul dubio accidit V 9 § 5. — Futurum sequitur II 84 § 1, 85 § 3, III 32 § 2, 62 § 3, IV 43 extr., 71 § 2, 76 § 4, 85 § 1, V 7 § 2, VI 20 § 2, 24 § 2, ubi post σωθησεσθαι et οἴσειν et ante ὑπάρξειν tamen editores retinent προσκτήσασθαι! VI 56 § 3, 71 § 2, VII 38 § 2, VIII 1 § 2, 23 § 4, 44 § 1, 48 § 1 et alibi Ad hanc normam IV 24 § 3 e libris dett. reponatur χειρώσεσθαι et VII 21 § 2 corrigatur κατεργάσεσθαι. Recte sequitur Infinitivus Praesentis locis, qualis est VII 41 extr., ubi ἐλπὶς est *fiducia de re praesenti*. Cf. IV 71 § 2 et 81 extr.

Cap. 60 § 4. οὐδ' εἰκὸς χαλεπῶς φέρειν [αὐτὸν del. Dobree] μᾶλλον ἢ οὐ κηπίον καὶ ἐγκαλλωπισμα πλούτου πρὸς ταύτην νομίσαντας ὀλιγωρῆσαι. Non praestiterim vocabula καὶ ἐγκαλλωπισμα non esse glossema vocabuli obscuri, quod ei praecedit, idque eo minus, quia ἐγκαλλώπισμα vocabulum esse videtur τοῦ πονηροῦ κομματος. Veteres enim uti solent verbis simplicibus καλλωπίζειν, καλλώτισμα, καλλωπισμός, καλλωπιστης, non compositis ἐγκαλλωπίζειν cett., quae sunt sequiorum. Suspicionem non minuit Eustathii adnotatio ad Il. M. 314: κῆπος γὰρ οὐ μόνον φυταλιὰ, ἀλλὰ καὶ καλλωπισμὸς κόμης κατὰ Αἰλιον Διονύσιον. — Θουκυδίδης δέ κηπιον φησι κτέ. Nihil tamen affirmo.

Cap. 64 § 3. ην καὶ [νῦν] ὑπερδῶμέν ποτε Voculam νῦν, ut alienam a mente oratoris αντικαθισταντος Athenienses πάλιν ἐπὶ τὸ θαρσεῖν, lubens deleverim. Recte interpres Latinus (in ed. Bkeri): *etiamsi tandem aliquando succumbamus*, i. e. non nunc, sed remotissimo aliquo tempore. Aliis verbis Pericles hoc dicere debet: εἰ καὶ αυτὴ μὴ αἰδιος ἔσται.

Cap. 67 § 2. Si vocabula Σιτάλκου υἱον genuina sunt (abesse poterant propter II 29) locus sic interpungatur: τὸν Σάδοκον, τὸν γεγενημένον Ἀθηναῖον Σιτάλκου υἱον, τοὺς κτέ. Sin minus enim, Th. scripsisset: πείθουσι Σαδοκον τον Σιτάλκου, τὸν γεγενημένον Ἀθηναῖον κτέ.

Pag. 33 ad 71 extr. Post „Halicarnasensis" adde „et pars codicum."

Ib. ad 73 § 2. Post „speciose" adde „nec tamen ex usu Thucydidis."

Cap. 75 extr. διελοντες τοὺ τείχους ἢ προσέπιπτε τὸ χωμα ἐσεφορουν τὴν γὴν. Minus ambigue Thucydides scripsisse mihi videtur: ἐσω ἐφορουν τὴν γὴν. Quo ducit fortasse librorum quorundam scriptura ἐσοφορουν.

Ib. ad 74. In his δὴ cum Krügero scripsi pro δέ.

Cap. 83 in. του Κρισαίου [κολπου]. Vox inclusa abest a libris quibusdam, non errore, ut opinor. Cf. III 107 in: τὸν Ἀμπρακικον [κολπον] ibique V. L. Difficile dictu est, quoties huiusce modi additamentis genuinus Atticorum dicendi usus sit obliteratus.

Cap. 85 extr. καὶ ὑπ' ανέμων suspectat Krüger. At cf. VIII 31 extr. Lenissima mutatione possis: καὶ ἐπ' ανέμων καὶ υπ' απνοίας pro απλοίας. Affertur απνοια e Theophrasto c. pl. II 7 § 5 et Polybio XXXIV 11. Recte an secus Hermann Euripidi I. T. 15 restituebat: δεινὴς δ' απνοίας πνευματων τ' ου τυχαιων.

Cap. 87. ἡ μὲν γεωμέτη ναυμαχία — εἴ τις αρα δι' αυτὴν ὑμων φοβεῖται τὴν μέλλουσαν, ουχὶ δικαίαν ἐχει τέκμαρσιν το εκφοβῆσαι. Infinitivus vix antiquo aptus esse potest quam ex adiectivo δικαίαν. quare scribendum suspicor αυτον εκφοβῆσαι i. e. *non ei coniecturae ansam dat, quae intre eum terreat*. Vix sufficit τῳ, quod pro τὸ lenius sane coniecit Krüger.

Pag. 35 ad 84 § 2. Ὑπο iam Krügero video placuisse.

Ib. ad 88. Cf. Liv. II 50: iamque Fabii adeo contempserant hostem, ut sua invicta arma neque loco neque tempore ullo crederent *sustineri posse*.

Ib. ad 89 in. Fortasse tamen sufficit, posita virgula post *εἶναι*, expungere solam copulam post *νεῶν*. Apud Graecos antiquiores *πλῆθος* est vocabulum medium [*ἀριθμοῦ*], ita ut sit, ubi ponatur pro *ὀλιγότης*. Cf. IV 10 et V 6. Nihilominus elegantior est, quam supra proposui scribendi rationem.

Cap. 93 § 3. Fluctus excitavit in simpulo vir acutissimus Badham *Λογ. Ἑρμ.* p. 199 suspicans post *μηδέν* excidisse verba: *οἱ μὲν οὖν Πελοποννήσιοι* aut alia plura. Si me audis, nihil aliud deest quam vocula *γάρ* post *προτέριον*, qua restituta locus sic interpungatur: *καί, προτέριον (γὰρ) ἐπ' αὐτου ἦν καὶ νεῶν τριῶν φυλακὴ τοῦ μὴ ἐσπλεῖν Μεγαρεῦσι μηδ' ἐκπλεῖν μηδέν, τῷ τε φρουρίῳ προσέβαλον κτέ.* Cf. I 31 § 2. Quibus nihil est planius.

Pag. 37 ad 39 § 1. Pudet me haec scripsisse: verba enim *τοῦ λιμένος τῶν Ἀθηναίων* genuina esse luculenter docent sequentia: *διὰ τὸ ἐπικρατεῖν τῷ ναυτικῷ*.

Pag. 38 ad 102 § 4. Misere languere verba *μηδὲ γῆ ἦν* etiamnum mihi videntur. Neque tamen, quae res me supra fallebat, deleri possunt, nisi aut in praegressis simul expungatur *τῇ χώρᾳ*, aut, quod nemo facile probabit, deleantur verba subsequentia: *ὡς — μεμιασμένης*. Interea cf. III 89 § 2.

Cap. 100 § 3 *προυχώρει*. Exspectes *προυχώρουν*, quia numerus Pluralis tam praecedit (*ἐπολιόρκησαν, ἐδέαντο*) quam sequitur (*αφίκοντο, ἔδρων*, cett.).

III 4 § 4. *λαθοντες τὸ τῶν Ἀθηναίων ναυτικόν, οἱ ὥρμουν [ἐν τῇ Μαλέᾳ] πρὸς βορέαν τῆς πόλεως*. At constat Maleam sitam fuisse ad meridiem. Verba inclusa adscripta videntur a lectore quopiam propter ea quae leguntur in extremo capite 6to: *ναύσταθμον — Μαλέα*, quem non satis attenderet ad praegressa ibidem § 1 *περιορμισάμενοι τὸ πρὸς νοτον τῆς πολεως*, unde post sociorum adventum Athenienses aliam stationem cepisse apparet ad meridiem Mytilenae.

Cap. 7 § 2. *Ἀθηναῖοι καὶ ἐς Πελοπόννησον ἀπέστειλαν*. Malim *περὶ Πελοποννήσου*, ut II 23 § 1 et alibi. Praepositionem *ἐς* male suppletam suspicor, postquam prima syllaba vocabuli sequentis hausisset praepositionis *περί* compendium.

Cap. 22 § 1. *ἀνὰ τὸ σκοτεινον*. In *ANA* latet *ΔΙΑ*.

Pag. 40 ad 23 § 1. Insuper cf. II 4, 49, VIII 92 § 9, 105 extr. et passim.

Ib. ad 26. Haec scribens ignorabam ingeniosam Stephani coniecturam *ἄρχοντα* pro *ἔχοντα*, quam iure recepit Classen.

Cap. 27 extr. Expungendum videtur *ἔφασαν*.

Pag. 40 ad 30 § 1. Iam vide an in *ΜΑΙΟΤΟΥΣΑ* lateat *ΜΑΙΟΙΟΥΣΑ*, *μαλκίουσα*, i. e. *lorpens*. Utut est, Herbstii vulgatae lectionis interpretationem, quam amplectitur Classen, ferri non posse mihi certum est.

Pag. 41 ad 31 med. Cf. Arist. Pac. 582: *ὡς ἦλθες ἡμῖν ἀσμένοις*. Ib. ad 39 § 3. Fortasse tamen opus non est.

Cap. 34 § 2. *οἱ δὲ ἐπεξελθοντες [τούτους]*? Cf. Krüger et Classen.

Cap. 39 § 6. Iure Kampe et Krüger haeserunt in verbis: *πάντες γὰρ ἡμῖν γε ὁμοίως ἐπέθεντο, οἷς γ' ἐξῆν ὡς ἡμᾶς τραπομένοις νῦν πάλιν ἐν τῇ πολει εἶναι*. Mains enim aliquod praemium fidelitatis a Cleone commemorari probabile est. Et quid sibi vult *πάλιν*? Nam ad Athenienses si confugissent, *permansissent*, ut opinor, *ἐν τῇ πολει*. Nec tamen verum reperisse mihi videtur Kampe audacissime corrigens: *αντιπάλοις τοῖς ἐν τέλει*. Me si audias, solum *ΠΑΛΙΝ* depravatum est idque ex *ΠΑΝΤΑ*, quo restituto sensus erit: *quibus, si ad nos confugissent, nunc plurimum pollere in sua civitate liceret*. Ita enim superatis oligarchis, penes populum summa rerum fuisset. Hoc sensu apud Herodotum III 157 Zopyrus dicitur: *πάντα εἶναι ἐν τοῖς Βαβυλωνίοις*. Ab hac formula nonnihil diversa est altera: *πάντα εἶναί τινι* i. e. *omnium instar esse alicui, plurimi fieri ab aliquo*. Fac autem Thuc. scripsisse: *νῦν πάντα τῇ πολει εἶναι*, licebit interpretari: *nunc maxime fierent s. summo in honore*

haberentur ab Atheniensibus. Ne sic quidem male, imo fortasse rectius, quod apud Herodotum l. l. dubitari potest an nihil a scribis peccatum sit. Cf. Thuc. VIII 95, Herod. VII 156, Dem. p. 240, 11 et 660, 7.

Pag. 42 ad 42 § 3. Nunc fere malo: προκατηγοροῦντες ἐπίδειξίν τινος. In praegressis καί delet iam Poppo.

Pag. 43 ad 45 § 3. Eodem sensu, sed minus leniter, Kampium τὴν ἀνοίαν video coniecisse. Possis quoque: — αἱ δ' ἄλλαι ξυντυχίαι τὸ ἄνουν, τῶν ἀνθρωπων ὡς ἕκαστος τις κατέχεται ὑπ' ἀνηκέστου τινὸς κρείσσονος ἐξαγουσιν ἐς τοὺς κινδύνους, i. e. τοὺς ἀνθρώπους, ὡς ἕκαστος αὐτων κτέ. Quod fortasse praestat. Quod attinet ad φρονημα, id vocabulum neque a Thucydide neque omnino, si recte memini, ab antiquis scriptoribus Atticis *in malam partem* poni solet pro *fastu* atque *insolentia*. Quare etiam hoc nomine recte eam vocem expunxi. Ib. ad 52. Similis tamen locus III 109 § 1.

Pag. 44 ad 53 extr. Φερόντων iam placuit Krügero. Ὑμων non magis addendum quam ἡμῶν ad δεομένων cap. 55 § 1. Ib. ad 56. Vocula ποτ' servari poterit.

Pag. 45 vs. 1. Adde Thuc. I 126.

Cap. 58 extr. Ἐρημοῦτε pro ἐρημωσετε male defenditur.

Cap. 59 § 2. Conieci: ἡμεῖς τε — αἰτούμεθα ὑμας, θεοὺς — ἐπιβωμενοι, πεῖσαι ταδε, προφερομένους ὁρκους οὺς οἱ πατέρες ὑμῶν ὡμοσαν μὴ ἀμνημονεῖν, ἱκέται (εἰ) γιγνομεθα ὑμῶν (πρὸς) τῶν πατρωων ταφων καὶ ἐπικαλούμεθα τοὺς κεκμηκοτας, μὴ γενέσθαι ἐπὶ Θηβαίοις κτέ. Noto Graecismo προφέρομαι ὅρκον dicitur pro προφέρεταί μοι ὅρκος. Cf. Krüger ad I 73 § 2. Neque προφερόμενοι ὁρκους pro προφέροντες non pugnat cum usu Graecorum. Lectio non intellecta a correctoribus de industria mutata videtur, ut iungi posset cum ἡμεῖς. Praep. ἐπί aptiorem esse quam ὑπό iam non praeteriit Krügerum, qui tamen male tuetur vulgatam. Quae inserui τέ et πρὸς (quorum illud iam Reiskium hoc Cobetum video coniecisse) et facillime potuerunt negligi et prorsus sunt necessaria. Insuper nescio an verborum compositio πεισθῆναι requirat pro πεῖσαι. Sed fortasse recte Krüger verba πεῖσαι τάδε cancellis circumsepsit. Ceterum cf. Classen, qui mihi quidem minime satisfacit.

Cap. 67 § 3. οἱ δὲ πρεσβῦται λελειμμένοι καὶ οἰκίαι ἐρήμοι — ἱκετείαν ποιοῦνται. Audax διὰ μέσου, pro quo saltem exspectes: καὶ [αἱ Kr.) οἰκίαι (αυτῶν) ἐρήμοι, *in commota oratione* fortasse non est sollicitandum. Apprime tamen placeret: οἱ δέ, πρεσβῦται λελειμμένοι κατ' οἰκίας ἐρημους, — ἱκετείαν ποιοῦνται.

Pag. 46 ad 68 § 4. Praeferendum sit ut magis Atticum ατερἀμων. Iis quae ad hoc vocabulum illustrandum attuli in Anal. Crit. p. 6 adde locos Platonis Legg. 853 D et 880 E. Vide tamen an expuncta praepos. περί lenius corrigi possit: σχεδὸν δέ τι καὶ τὸ ξύμπαν Πλαταιῶν οἱ Λακεδαιμονιοι οὑτως ἀποτετραμμένοι ἐγένοντο, ut Thuc. dixerit ἀποτετραμμένος τινος pro *aversus ab aliquo*, quemadmodum τετραμμένος πρὸς τινα significat *propensus in aliquem*. Vide VIII 92 § 5 πρὸς τοὺς ἑταίρους τετραμμένον. Cf. II 40. Ita ἀποτετραμμένος habebit vim adiectivi, ut apparet ex addito ἐγένοντο, quod non solet (ut ἦσαν) periphrastice iungi cum participiis. Ib. § 3 citra necessitatem tentavi ξυνεπολιορκοῦντο.

Cap. 70 § 3. Scribendum: ἐς τὰ ἱερὰ ἱκετῶν καθεζομένων pro πρὸς. Constanter enim supplices dicuntur ἐς τὰ ἱερὰ et ἐπὶ τοὺς βωμοὺς (τὴν ἑστίαν) καθίζειν Recte v. c. mox cap. 75 καθίζουσιν ἐς τὸ Διοσκορων ἱερον. Cf. I 24 extr. et passim.

Cap. 77 § 1. Copulam deleverim ante πεφοβημένοι, ut verba: πεφοβημένοι — ἐπίπλουν adiecta sint ad explicandum causam τοῦ θορύβου.

Pag. 46 ad 78 § 2. Sensus enim: qui stabant *adversus*, non *prope*, Corcyraeos.

Cap. 79 § 2. Dele τὸ ἀκρωτηριον.

Pag. 48 ad 82 § 5. Cf. etiam II 65 § 4. Servandum nunc iudico πλεονεξίᾳ. Nam fateor iusto audacius e coniectura mea

sodalitia sic nude dici *πλεονεξίαν*, quamvis optime dicas, *meram esse avaritiam*. Nec *πλεονεξίᾳ* est Dativus *finalis*, cuius nullum usquam *certum* exstat exemplum, sed *causalis*. Avaritia enim *τῶν τοιούτων συλλόγων* causa esse recte dicitur. Quod iam ad *ὠφελίας* attinet (nam quominus Classeni Genetivum a *μετά* regi putantis interpretatio vera sit, obstat ipsa verborum oppositorum [*παρὰ τοὺς καθεστώτας*] ratio), nunc lenius et ob oppositum *πλεονεξίᾳ* aptius rescripserim: *ὠφελίᾳ* (*ὠφελείᾳ*). Cf. I 123 § 2. *τὰ μὲν φόβῳ τὰ δ' ὠφελίᾳ.* — Ib. § 2 *ἄμεινον* (pro *ἀμείνους*) *τὰς γνωμας ἔχουσι* conieci, quod sensus est: *melius sunt animati*, non: *meliores habent sententias*.

Ib. ad 85 init. Similiter locum intelligit Classen, quem tamen dubito an satis probabiliter eodem sensu accipiat vulgatam. Si nihil peccatum est a scribis, cum Poppone et Krügero alludere scriptorem putaverim ad ea quae narrantur IV 46 § 1.

Cap. 88 § 1. Part. *ὄντες* abest a libris quibusdam, nec fortasse immerito.

Cap. 89 § 5: *αἴτιον δ' ἔγωγε νομίζω τοῦ τοιούτου, ᾗ ἰσχυρότατος ὁ σεισμὸς ἐγένετο, κατὰ τοῦτο ἀποστέλλειν τε τὴν θάλασσαν καὶ ἐξαπίνης πάλιν ἐπισπωμένην βιαιότερον τὴν ἐπίκλυσιν ποιεῖν.* Omnino scribendum videtur *ἐπισπωμένης* (sc. *τῆς θαλάσσης*), ut subiectum intelligatur *τὸν σεισμον*, ut *ἀποστέλλειν* sit, quod semper et ubique fuit, verbum transitivum, ut recte habeat *ποιεῖν*. Quemadmodum enim *ἡ θάλασσα τὴν ἐπίκλυσιν ποιεῖται* = *ἐπικλύζει*, sic *ὁ σεισμος* Graece dicendus est *τὴν ἐπίκλυσιν ποιεῖν*.

Cap. 92 § 1. *μελλησαντες — προσθεῖναι*. Thucydides tanta constantia verbum *μέλλειν* iungit cum Infinitivo Futuri aut Praesentis, ut haud dubitem verum esse *προστιθέναι*. Loco V 98 *τοὺς δὲ μηδὲ μελλησοντας γενέσθαι* iam olim in Ex. Crit. p. 155 docui librarios confudisse *μέλλοντας γενέσθαι* cum *μέλλοντας γενέσθαι*. Ibi enim *μελλησοντας* procul dubio vitiosum est. Quominus tamen statuam cum Cobeto Aoristi post *μέλλειν* usum per se vitiosum esse me

prohibet locus Aristophanis sine controversia sincerus in Avibus vss. 366 sqq.: *εἰπέ μοι τί μέλλετ', ὦ πάντων κάκιστα θηρίων, ἀπολέσαι παθόντες οὐδὲν ἄνδρε καὶ διασπάσαι τῆς ἐμῆς γυναικὸς ὄντε ξυγγενῆ καὶ φυλέτα;*

Cap. 93. *ἐν δυνάμει ὄντες τῶν — χωρίων.* „Locutio" ait Kr. „(sic cum Genetivo) aliunde mihi incognita." Videatur Plato in Rep. I 328 c. Quare nunc repudio quod aliquando placebat: *ἐγκρατεῖς ὄντες*, ut vulgata lectio nata esset e glossemate.

Pag. 48 ad 90. Emblema eo manifestius, quod in *ἐπελθοντων* numero etiam *οἱ ἐκ τῶν Μυλῶν* cogitandi sunt. Ib. ad 92. Contra 93 § 1, munitione iam incepta, rectissime abest particula *ἄν*. — Mox laudandus est Classen, quod e Palatino recepit egregiam lectionem *εἶρξαν τὸ* pro *ἠρξαντο*.

Pag. 48 ad 98 med. Non haererem, si legeretur: *δι' ἧς διέξοδοι οὐκ ἦσαν*, sed non fero *ὁθεν κτέ.*, quia Graecum est *διεξιέναι διά*, non ἐξ. Sic II 4 p. fin. pro *δίοδον* apud Scholiastam Platonis perperam legitur *διέξοδον*, et VII 69 extr. recte Poppo pro *διέκπλουν* emendavit *ἔκπλουν*. Parsum est a scribis vocabulo *ἔξοδος* I 106 § 1.

Cap. 102 § 2. Supple: *χαλεπῶς (δὲ) διὰ τὴν κτέ*, Cf. III 23 § 4: — *χαλεπῶς δὲ καὶ βιαίως.*

Cap. 103 § 1: *οἱ δ' ἐν τῇ Σικελίᾳ Ἀθηναῖοι — ἐπελθοντες μετὰ τῶν Ἑλλήνων ξυμμάχων καὶ ὅσοι Σικελῶν κατὰ κράτος ἀρχομενοι ὑπὸ Συρακοσίων καὶ ξύμμαχοι ὄντες ἀποστάντες αὐτοῖς [ἀπὸ Συρακοσίων] ξυνεπολέμουν.* Deleverim otiosum additamentum, quod insuper perplexo verborum ordine arguitur.

Cap. 107 § 3. *ὁ δὲ* (Demosthenes) *προσαγαγὼν ἐγγὺς [τῆς Ὄλπης] ἐστρατοπεδεύσατο, χαράδρα δ' αὐτοὺς μεγάλη διεῖργε.* Deleto *τῆς Ὄλπης*, ad *ἐγγὺς* e praegressis cogita *τῶν ἐναντίων*. Quam crisin confirmat forma nominis proprii. *Octies* enim Thucydides (cf. 105—108, 110). Plurali numero dixit *αἱ Ὄλπαι* locis eiusmodi, ut nulla sit interpolandi suspicio, *ter* idem nomen legitur numero Singulari iis locis, ubi inter-

pretamenti speciem offerat. De primo loco vidimus: secundus legitur cap. 111 *προκεχωρηκοτες δ' ηδη απωθεν [της Ολπης] θασσον απεχωρουν*, tertius cap. 113: *και αυτοις τη υστεραια ηλθε κηρυξ απο των ες Αγραιους καταφυγοντων [εκ της Ολπης] Αμπρακιωτων*. Recentioribus Graecis in usu fuisse videtur Singularis numerus. Propterea tamen non negaverim Idomenen (112 init. et 113 § 2) tertio loco (113 § 2) recte scribi Plurali numero. Duobus enim collibus id nomen fuisse discimus e cap. 112 init.

Cap. 111 § 1. *επι λαχανισμον και φρυγανων ξυλλογην εξελθοντες*. Mireris Thucydidem non scripsisse vel: *επι λαχανων και φρυγανων ξυλλογην*, vel *επι λαχανισμων και φρυγανισμον*, ut alibi assolet. Fieri potest, ut quod hodie legitur sit illius substantivi glossema.

P. 49 ad 111 § 1. *Ξυνεξελθοντες* est in codd. deterioribus, merito probatum ab Ulrichsio et receptum a Krügero.

IV 14 § 2. *περιαλγουντες τω παθει, οτιπερ αυτων οι ανδρες απελαμβανοντο εν τη νησω*. Oratio, si quid iudico, male Graeca. Scripserim: *ωπερ*, i. e. *qua clade fiebat ut cett.*

IV 19 extr. *τοις μεν εκουσιως ενδουσιν*. Aut *εκουσιοις* verum est aut *εκουσιν*, ut est in lex. Seg. p. 126, 1. Usus adiectivorum *εκουσιος* et *ακουσιος* pro *εκων* et *ακων* apud Thucydidem frequens est.

P. 51 ad 9 § 3. Pro „Krügero" lege „Dobreo."

P. 51 ad 19 § 2. Loci sententiam non male reddidit Acacius vertens: „sed si aliquis, cum id ipsum (quasi legatur *τουτ' αυτο*) facere liuerit, ex aequo tamen virtute quoque (et facilitate) superior, moderate et leniter praeter expectationem alterius, pacem facit etc." Ib. ad 20 § 2 *ειναι* servari potest. Ib. ad 24 § 1. Lenius et, ut puto, verius nunc corrigo: *εν τουτω δε εν τη Σικελια Συρακοσιοι και οι ξυμμαχοι κτε.* Sic enim noster solet. Vide v. c. IV 58 init. Eludit Krüger loci difficultatem scribendo: *εν τουτω δε οι εν τη Σικελια, Συρακοσιοι κτε.*, vereor tamen, ne invito auctore.

Cap. 29 § 1 *πυνθανομενος την αποβασιν αυτον — δια-*

νοεισθαι. Cobeto ad Hyp. p. 70 excidisse videtur *ποιεισθαι*. At cf. IV 32 *την αποβασιν επενοει*, V 17 *προυθυμηθη την ξυμβασιν* et VIII 90 *την ομολογιαν προυθυμουντο*. Ib. § 4 *κρειττους* tandem mutetur in *κρεισσους*.

P. 53 sup. Fortasse sufficit delere *ακρωτηριου* IV 24 § 3 et *ακρωτηριον* VI 44.

P. 54 ad 33. Cf. ad 103 extr. Vide tamen IV 29 prope finem.

P. 55 ad 46 § 2. Non debueram suspecta habere verba: *ωστε — σπονδας*. Haud satis attendebam ad *τις — απασι*. — Ceterum calami lapsus perdidit ultimam partem adnotationis. Nempe pro *επεισαν*, propter minus commodam subiecti mutationem, cap. 47 § 1 malebam: *επεισθησαν*. Sic enim, at nunc scribitur, expectes: *ως δ' επεισαν και εκεινοι — ελησθησαν κτε.* Non tamen desunt loci apud optimos scriptores, qua lectionem vulgatam tuearis. Quare nihil muto.

P. 57 ad f. 56 extr. Vide tamen V 35 § 2.

Pag. 57, 16. Pro *κατεδησαν* l. *καταδησαι*.

Ib. in nota in calce paginae dele verba „Male — I 90 extr."

P. 58 ad 63 init. Totus locus laborat; quem vide an sic liceat refingere: *και νυν του αφανους τε τουτου δια το ατεκμαρτον δεος και δια τους* (Reiske pro *το*) *ηδη φοβερους παροντας Αθηναιους, κατ' αμφοτερα εκπλαγεντες, και (δια) τουλλιπες της γνωμης, ων εκαστοι ωηθημεν πραξειν ταις κωλυμαις ταυταις ικανως νομισαντες ειρχθηναι, τους εφεστωτας πολεμιους εκ της χωρας αποπεμπωμεν κτε.* Sic demum et constat syntactica loci ratio et clara ac perspicua fiunt omnia. Ad Reiskii coniecturam cf. VII 42 § 3. Ceterum nescio an vocabula *παροντας Αθηναιους* fluxerint ex interpretatione, ut ipse auctor scripsisse censendus sit: *και δια το ηδη φοβερον, κατ' αμφοτερα κτε.* Aptissime sic inter se orator opponit *ancipitis futuri rerum eventus metum* et *praesentem formidinem*. Similiter Badham loco saepius laudato proposuit: *δια το ηδη φοβερον τους παροντας Αθηναιους*. Meae coniecturae magis favet membrorum aequilibrium, quod

in concionibus noster sectari assolet; nec quid esset τὸ ἤδη φοβερόν, post ea quae supra dixerat, facile quemquam potuit fallere. — Mox § 2 iterum requiro ἕκαστοι pro ἕκαστος, quod male tuebar supra p. 58. Vera lectio saepius servata est cap. 59 sqq. Hoc errorum genus e compendiis oriri non semel demonstratum est a Cobeto.

P. 58 ad f. 63 § 2. Fortasse ἐάν melius inseretur post ἀμφοτέρωθεν. Cf. I 82 § 2.

P. 59 ad 72 § 3. Sic iam A. Portus. § 4 iam correxit Krüger.

Ib. ad 73 § 4. Cf. III 56 ἐθέλοντες δὲ τολμᾶν μετὰ κινδύνων κτέ. — Locus etiamnunc suum Oedipum expectat. Mihi certe non cessit emendatio. Interea uncinos circumdabo cum Reiskio voculae καί et cum Krügero verbo κινδυνεύειν. Cap. 75 extr. Tandem obtemperemus Dukero corrigenti Καλχηδόνα. Videatur imprimis Bernhardy ad Dion. Perieg. 803.

P. 62 ad 92 § 2. Ὅτῳ corrigere occupavit Krüger.

P. 63 vs. 4. Adde III 22.

Ib. ad 103. Sed vide IV 29.

Ib. ad 98. Εἰπεῖν Krügero quoque suspectum, qui coniecit εἶναι, quod male coit cum σαφῶς. Hodie nihil mutaverim.

P. 64 ad 109 § 2. Valde vereor ne erroris me arguat usus vocabuli πέλαγος. Mira tamen, quod dixi, topothesia.

Cap. 103 § 4. ἀπέχει δὲ τὸ πολισμα πλέον τῆς διαβάσεως. Dissentiunt interpretes. Hos si audis, Genetivus τῆς διαβάσεως pendet a πλέον, si illos, ab ἀπέχει. Fac pendere a πλέον, mirificam hanc nanciscemur sententiam: ἀπέχει δὲ τὸ πόλισμα (τῆς γεφύρας τοῦ ποταμοῦ) πλέον τῆς διαβάσεως (i. e. τῆς γεφύρας). Fac contra suspensum esse ab ἀπέχει, non habebit πλέον, quo referatur. Quo igitur me vertam nescio. At vide, an forte auctor scripserit: ἀπεῖχε δὲ (sc. τοτε) τὸ πόλισμα πλέον (sc. ἡ νῦν) τῆς διαβάσεως, cuius rei rationem explicat subiungendo: καὶ οὐ καθεῖτο ὥσπερ νῦν τείχη. Haud semel ἔχει et εἶχε a scribis confusa esse notum est. Post πλέον sine detrimento omitti potuit ἡ νῦν propter viciniam verborum ὥσπερ νῦν.

P. 65 ad 113 § 1. Perperam. Vide IV 121 § 1.

Ib. ad 122. Simile emblema legitur III 95: ὁ δὲ τῶν Μεσσηνίων χώριτι [πεισθείς] καὶ μάλιστα νομίσας κτέ. Participium recte abest VI 11 § 3.

Cap. 120 § 1. πλέοντας δ' ἀπὸ Τροίας σφῶν τοὺς πρώτους κατενεχθῆναι κτέ. Ita codd., fieri *potest* ut vere. Praeplaceret tamen τοὺς προγόνους. Incertum est an sic legerit Valla, vertens *maiores*.

Ib. ad 123 § 2. Iniuria interpretes verba: καὶ ἅμα — τοὺς πολλούς accipiunt de Scionaeis, referuntque τοτε ad narrata 121 § 3. At de ipsis Mendaeis accipienda esse apparet ex usu pronominis σφίσιν post πρασσόντων. In errorem eruditos induxit καί post τεκμαιρομενοι, quod male habuerunt pro copula, quum sit adverbium intensivum (*etiam*). Etenim vocula καὶ ἅμα ante τῶν πρασσοντων non illi respondent, sed praegresso τε in verbis: τήν τε Βρασίδου γνωμην κτέ. Huic igitur interpretationi meam coniecturam superstruxi.

Cap. 124 § 3. Legatur προτέρων pro πρότερον et mox e codice meo Paris. διαφυγοντες pro διαφεύγοντες. Haudquaquam enim intelligo, quomodo διαφεύγων aliquis possit ἡσυχάζειν.

Cap. 133 § ὁτι ἦν αὐτῶν ἄνθος ἀπολώλει. Vide ne sermonis Attici proprietas postulet: ὅτι(περ) ἦν κτέ. Cf. Cobet ad Hyperidem p. 71.

P. 67 ad 2 § 3. Cf. quoque IV 96 § 4.

V 3 § 3 εἴ τις ἄλλος Χαλκιδέων ἦν. Malim ἐνῆν, Toronae.

P. 70 ad 10 § 2. Cf. Herod. IV 172 extr.

Cap. 10 § 8 εὐθὺς φεύγων. Requiro φυγών.

Cap. 20 § 2. Ducibus scholiasta et contextu, verba obscurissima sic cohaerere crediderim: σκοπείτω δέ τις κατὰ τοὺς χρονους καὶ μὴ πιστεύσας μᾶλλον τὴν απαρίθμησιν τῶν ονομάτων τῶν ἑκασταχοῦ ἢ ἀρχοντων η ἀπὸ τιμῆς τινος σημαινοντων ἐς τὰ προγεγενημένα. Quod si ita est, manifestum arbitror, verba τὴν ἀπαρίθμησιν τῶν ονομάτων, quae hodie leguntur post verba ἀπὸ τιμῆς τινος, transponenda esse post

participium *σημαινόντων* Facilis est suspicio ex archetypo quondam duos versus:

ΕΣΤΑΠΡΟΓΕΓΕΝΗΜΑΣΗΜΑΙΝΟΝΤΩΝ
ΤΗΝΑΠΑΡΙΘΜΗΣΙΝΤΩΝΟΝΟΜΑΤΩΝ

perverso ordine descriptos esse. Quia tamen *πιστεύειν* cum Accusativo substantivi construi posse incertum est, haud fortasse improbabiliter statuas perversum illum ordinem movisse correctorem, ut suo marte Dativum *τῇ ἀπαριθμησει*, suspensum ratus a *σημαινόντων* in Accusativum refingeret. Hinc manum scriptoris agnoscere videor in hac lectione: *καὶ μὴ τῶν — σημαινόντων τῇ ἀπαριθμήσει τῶν ὀνομάτων πιστεύσας μᾶλλον*. Breviloquentia vere Thucydidea: *σημαίνειν ἐς τὰ προγεγενημένα* dictum est pro *φαίνειν σημεῖα, οἷς τὰ προγεγενημένα γιγνώσκεται ὁπότε ἕκαστον ἐγένετο*.

Cap. 26 § 3 *ὅπως ἀκριβές τι εἴσομαι*. Dion. Hal. *ἀκριβῶς* ut est in Par. *E*, Valla *diligenter*. Rectius, ni fallor. Cf. VI 91 § 1 (ubi articulum recte delet Cobet), 93 § 1, VII 44 § 1, Xen. Cyrop. V 2 § 15, Herod. I 140, 209, II 54, 119, III 4 cett. Contra dici solet *ἀκριβές, σαφές, ἀτρεκές, τι, οὐδέν, μηδέν λέγειν, εἰπεῖν, φράσαι, πυθέσθαι*, Cf. VI 54 § 1, VI 82 § 3, IV 50 (ubi e dett. libris revocanda vulgata ante Bekkerum *εἰ οὖν τι βούλονται σαφὲς λέγειν*), Xen. Cyr. II 1 § 2, Mem. IV 6 § 13, Herod. III 98, V 9, VII 214 cett.

P. 72, 5. Corrige *Ἀθηνησιν* et dele verba „sed — ephelcystico."

P. 72 ad 22 § 2. Iniquiore iudicio Krüger scribarum errorem ipsi tribuit Thucydidi, non demonstrans alibi eum similia peccasse.

P. 72 ad cap. 26 extr. Contrario errore apud Platonem in Gorgia p. 465 *E* pro *ἐξηγήσεως* legitur *διηγήσεως*.

P. 73 ad 32 § 4. Vide tamen V 22 *ἐπισπένδισθαι*, quod et ipsum exemplo caret. Nisi forte idem in hoc verbo error obtinet. Sin vero recte interpretantur: *renovare foedus*, fieri possit, ut *ἐπισπονδαί* sic dictae sint, quod identidem renovandae essent.

Cap. 37 § 4. Vide an verba: *τούς τε φίλους τῶν Λακεδαιμονίων τῶν αὐτῶν δεῖσθαι καὶ τοὺς Ἀργείους ἐς τὰ ὁμοῖα σπείδειν*, quae stilo vix Graeco, certe non Thucydideo, odiosa prolixitate libri addunt post verba *ξυνεβεβήκειν αὐτοῖς*, una litura delenda sint, ut scholium marginale conflatum e praegressis § 3 *κατὰ τύχην — ἐπεστάλκεσαν*. Ad *ξυνεβεβήκει* cogita e praecedentibus: *τά τε ἐκ τῆς Λακεδαίμονος καὶ τὰ ἀπὸ τῶν ξυγγεγενημένων Ἀργείων*.

Cap. 40 § 1. Pro *ἰδίαν* legerim *ἰδίᾳ*. Cf. 42 extr.

Cap. 46 § 5 Expectaveram: *ἐφοβεῖτο γὰρ μὴ πάντ' ἀτελῆ ἔχων — διαβληθῇ ὅπερ καὶ (ὡς) ἐγένετο* (i. e. *etiamsi impetraverat sacramentorum instaurationem*) *αἴτιος δοκῶν εἶναι τῶν πρὸς Λακεδαιμονίους σποιδῶν*. Sed fortasse nihil mutandum.

Cap. 56 § 2. Cl. loco V 47 § 7, scribendum coniicias: *ἐπεκάλουν ὅτι, γεγραμμένον ἐν ταῖς σπονδαῖς διὰ τῆς ἑαυτῶν ἕκαστους μὴ ἐᾶν πολεμίους διιέναι (μηδὲ) κατὰ θάλασσαν, ἐᾶσειαν παραπλεύσαι*, nisi propter durissimum zeugma (nam *διιέναι* male coit cum verbis sqq.) probabilibus fere statuas cum Krügero, ex hoc loco in foedere cap. 47 § 7 interpolata esse verba *κατὰ θαλασσαν*. Ceterum non diffiteor etiam hic eadem verba me abesse velle, quia sufficiat: *ἐᾶσειαν παραπλεῖσαι*, quum praesertim proxime praecesserit: *κατὰ θάλασσαν ἐσέπεμψαν*.

P. 77 ad 64 § 4. Extremae adnotationi addatur: „Vide v. c. VII 81 § 1."

P. 79 ad cap. 99. Fieri potest, ut Thucydides hunc quoque usum traxerit e Gorgiae disciplina, quippe qui more popularium diceret *κίρωσις* pro *κῦρος*. Vide Plat. Gorg. p. 450 B ibique Heindorf. Sic Thuc. VI 103 § 3 *κίρωσις μὲν οὐδεμία ἐγίγνετο*. Cf. ibid. 56 init. *πείρασιν* pro *πεῖρα*.

P. 81 ad 2 § 5. Videatur Krüger ad h. l.

VI Cap. 10 § 1. *αἱ — ὀνόματι σπονδαὶ ἔσονται*. Aegre careo vocula *γοῦν* post *ὀνόματι*.

Cap. 12 § 2: *οπως θαυμασθῆ μέν απο της ἱπποτροφίας, διὰ δὲ πολυτέλειαν καὶ ωφεληθῆ τι ἐκ της ἀρχῆς*. Sine causa in h. l. haesit Krüger, quem fefellit paratactica loci ratio, ubi nostro more hypotactice scriberemus: *οπως θαυμαζομενος απο τῆς ἱπποτροφίας διὰ πολυτέλειαν καὶ ωφεληθῆ τι ἐκ τῆς ἀρχῆς*.

VI 27 § 1 *περιεκοπησαν [τὰ προσωπα]*. Nollem Dobreum propter locum Plutarchi Alcib. 18 repudiasse suam coniecturam insiticia esse vocabula *τα προσωπα*. Praeter locos citatos apud Popponem cf. Harpocratio i. v. *Πολύστρατος*. Vel apud Plutarchum mihi suspecta sunt eadem vocabula. Ceterum respiciatne Pl. hunc ipsum locum Thuc. necne, incertum esse reor.

P. 84, 5. Adde VII 77 extr. Ib. ad 31 § 3. Similem tamen vim *μακρος* habet in locutionibus: *μακρὰ κλαειν, οἰμώζειν, χαίρειν*, ut taceam a tragicis subinde hoc adiectivum poni pro *μέγας*. Neque a Thucydide hunc usum prorsus alienum esse probat locus III 39 § 3, ubi *μακροτερα* opponitur voci *ἐλασσω*. Plato alicubi in Republica, si recte memini, *μακρὸς μισθὸς* dicere ausus est. Quare nihil muto.

Cap. 41 § 2. *ες ὑμᾶς οισομεν*. Aut *ανοισομεν* scribendum cum Krügero, aut, quod etiam lenius est, mecum *ἐσοίσομεν*. Cf. V 38 § 5 et Passov. i. v. sub 4).

P. 87 ad 64 § 5. Certior esset haec coniectura, si vallis Athenienses munivisse castra constaret. Vide c. 55 extr. *κατεσκευάζοντο τὸ στρατόπεδον*, quibus verbis ea res *non diserte* significatur. Cf. 75 § 2. Quare fieri possit ut verius sit: *ἐπὶ τὸ στρατοπεδον ἐλθεῖν — τὸ στρατόπεδον προσβαλόντας [τῷ σταυρώματι] αἱρησειν*. Utut est, Accusativus aptior quam Dativus, quia in verbo *αἱρεῖν* non in *προσβαλλειν*, est praecipua vis sententiae.

Cap. 66 § 2 *παρὰ τε τας ναῦς σταύρωμα ἐπηξαν*. Videsis 74 § 2. *σταύρωμα περὶ τὸ στρατοπεδον ποιησαμενοι κτέ*.

P. 88 ad 72 § 3. *ἔφη* expunxit iam Krüger.

Cap. 68 § 1. Pro *ὑποπτεύεσθαι* syntactica loci ratio postulat: *ὑποπτεύειν ἡμᾶς* (obiectum). Sed vide potius an sua his immiscuerit magistellus, Th. autem scripserit: *καὶ νῦν*

ην δίκαιον, ὥπερ καὶ ἡμας ἠξιοῦτε λόγῳ πεισθειν, τῳ αυτῳ ἀπιστεῖν, οὐδ' οτι δυνάμει μειζονι πρὸς τὴν τώνδε ἰσχὺν παρεσμεν, [ὑποπτευεσθαι] πολὺ δὲ μᾶλλον τοῖσδε [ἀπιστεῖν]. Ad *τοῖσδε* cogita: *δικαιὸν εστιν ἀπιστεῖν*.

Ib. suspectum *παρουσιας*, in quo quid lateat non exputo. Sed sic scribi potuisse pro *παρούσης δυνάμεως* parum videtur probabile. Cl. loco VII 28 § 3 (*Συρακούσας — πολιν οὐδὲν ἐλασσω αυτην γε καθ' αὑτὴν της Ἀθηναίων*) suspicari possis, *παρουσίας* perversae interpretationi debere originem.

P. 88 sq. ad 79 § 1. Locis allatis addantur hi: V 9 § 1, VI 72 § 2, VII 44 § 7.

P. 89 ad 88 § 7. E verbo compósito *περιαγγελλειν* more nostri cogita verbum simplex ad vocabula *ες την Ἔγεσταν*. Vide v. c. IV 76 § 3.

P. 90 ad 91 extr. Mendosa quoque videntur verba praegressa: *οσα απὸ γῆς καὶ δικαστηρίων νὺν ωφελοῦνται*, ubi *δικαστηρίων* iure in suspicionem vocavit Krüger. Quippe de *lustitio* cogitari cum scholiasta, quem Böckh secutus est, vetat cum probabilitate historia. Cogita, velim, e. g. causam praetorum qui pugnarunt ad Arginusas. Litium numerum post munitam Deceleam decrevisse iure forsitan statuas. Verum hoc nihil ad rem. Dicit enim Th. *ὅσα — ωφελοῦνται*. Quod tamen Krügero placet *ἐργαστηρίων*, mihi propterea displicet, quod maior certe horum numerus erat in urbe quam extra moenia. Diu meditanti nihil aptius mihi succurrit quam *ἀπὸ γῆς καὶ διὰ κτηνῶν*. Tam corruptela quam emendatio confirmari mihi videtur loco, quo hic locus egregie illustratur. Agitur ibi fusius de detrimentis, quae e munita Decelea cepit urbs Atheniensium; sed altum ibi est de iudiciis silentium, dum contra post mentionem de agrorum fructu, quae continetur verbis *τῆς χωρας ἁπάσης* (*καρπίμου* Schol.) aliisque quae his praecedunt, et de mancipiorum fuga *τὰ κτηνη* memorantur hisce verbis (VII 27 § 4): *προβατα τε παντα ἀπολωλει καὶ ὑποζύγια· ἱπποι τε — ἐτιτρώσκοντο*.

P. 90 ad 93 § 2. Diversa tamen utriusque loci ratio.

P. 91. 4. Correcto accentu, lege *ἀτόκλησις*. — Ceterum nescio an scribendum sit: *ὑποτειχίζειν δὲ [ἀμεινον] ἐδοκει [εἶναι] ἢ ἐκεῖνοι ἔμελλον ἄξειν τὸ τεῖχος, καὶ εἰ φθαῖειαν*, (Athenienses, ut bene intelligit Poppo) *ἀποκλῆσις* (sc. *ἐμελλε*) *γίγνεσθαι, καὶ ἅμα — μέρος ἀντεπιπέμπειν* (Kr.) *αὐτοῖς* (Bk.) *κτέ*. Nam cohaerent verba *ἐδοκει ὑποτειχίζειν — καὶ ἅμα — ἀντεπιπέμπειν*. Additamentum vero *ἀμεινον — εἶναι* incertam et ambiguam reddit verborum sequentium interpretationem. Ib. ad 103 § 1. Vide quae infra monui. (P. 97 ad 30 § 1.)

Cap. 102 § 2. Propter ingratam abundantiam in verbis *ἐρημίᾳ ἀνδρῶν* malim ferē: *τῶν ἀνδρῶν — περιγενέσθαι*.

P. 91 ad 96 extr. Cf. tamen VII 17 extr. Sed rescripto *ὅπως — ἀποπειράσουσι — καὶ ἧσσον — κωλύσειεν*, nihil est in ea coniunctione vitiosi.

Cap. 103 § 1. *καὶ τοὺς μετὰ Λαμαχου καὶ αὐτον ἐκομίσαντο*. Delet verba *καὶ αὐτον* Krüger, non male. Fortasse tamen depravata sunt. Possis enim leni mutatione *καὶ αὐτοὶ ἐκομίσαντο*, aut, deleta copula, *αὐτεκομισαντο*.

P. 93 ad VII 4 § 1. Vide Krügerum et cf. imprimis cap. 7 § 1: *ξυνετείχισαν τὸ λοιπον τοῖς Συρακοσίοις μέχρι τοῦ ἐγκαρσίου τείχους*, ubi corruptum est *μέχρι*, a quo nimium differt *ἔτι*, quod proposuit Poppo. Leniore manu rescribatur *μέρος*, sive illud a Thucydide sive aliena manu adscriptum est.

Ad cap. 13 § 3. Cum *αὐτομολίας* componatur *αὐτομολοῦσαν* Ar. Lys. 723 depravatum in loco simili. Sed neque quod ipse conieci, neque quae alii, ullam habent probabilitatem. Potius nunc crediderim *αὐτομολίας* sanum esse, modo *πρόφασις* intelligatur non *praetextus*, sed, ut saepius apud Thucydidem atque alios, *vera causa*. Interpretor igitur: *oblata transfugiendi ad hostes occasione*, quibus aptissime opponuntur sqq.: *οἱ δ' ὡς ἕκαστοι δύνανται*.

Cap. 28 § 4. *τὴν εἰκοστὴν — ἀντὶ τοῦ φορου τοῖς ὑπηκόοις ἐποίησαν*. Mira locutio. Expectaveram *ἐπέθεσαν*. Facile sane ***ΕΠΕΘΕΣΑΝ*** in ***ΕΠΟΕΣΑΝ*** abire potuit. —

Ibidem § 2 *ποιούμενοι* abesse malim quam corrigere cum aliis *πονούμενοι*, quod non una de causa ferri nequit. Insuper deleto articulo malim: *οἱ δ' ἐπὶ τείχους*. Ib. § 3. Verba *ἐκ Πελοποννησου* abundant.

Cap. 29 § 1. *εἰπόντες* sine damno poterat abesse.

Cap. 31 § 3. *οὔτε καταλύουσι τὸν πόλεμον*. Pro *πόλεμον* magis placeret *ἔφορμον*.

P. 98 vs. 10. Sic apud Platonem Gorg. p. 497 ***B*** (*πάντως οὐ σὴ αὕτη ἡ τιμή*) contextus pro ***ΤΙΜΗ*** postulat ***ΖΗΜΙΑ***. Platonem tangens non possum quin simul proponam correctionem, qua his ipsis diebus tentavi locum Philebi p. 55 C: *γενναίως δὲ, εἴ πῃ τι σαθρὸν ἔχει. πᾶν περικρούωμεν*. Elegantius enim philosophum scripsisse contendo: *εἴ πῃ τι σαθρὸν ἠχεῖ κτέ*. Cf. Theaet. p. 179 D. ibique Heindorfii annotatio. Antiqua literatura ***ΕΧΕΙ*** utrumque significat.

Cap. 42 § 5. An forte: *καὶ οἱ ξυντομωτάτην (ταύτην) ἡγεῖτο διαπολέμησιν?*

P. 101, 20. Operarum errori debetur virgula post *αὐτοῖς* et *ἱκακά* pro *ἱκανά*.

Cap. 71 § 4. Legatur: *ἀλλ' ὅσ' ἂν ἐν μεγάλῳ κινδυνῳ κτέ*.

Cap. 73 § 2. Abundant verba: *ἐν τῇ ἑορτῇ*.

Cap. 79. *ἐνομιζον ἐπὶ τῷ σφετέρῳ ολέθρῳ ταῦτα πάντα γίγνεσθαι*. Additum videtur *πάντα* ad significandam Atheniensium impatientiam ac desperationem. Rhetorica est *δείνωσις*.

Cap. 84 § 1. *βάλλοντές τε καὶ κατακοντίζοντες*. Aptius fuerit: *καὶ ἀκοντίζοντες*.

P. 103 ad 84. Nihil mutandum. Non magis nunc sollicitaverim Aoristos VII 83 § 1 et VIII 4. Cf. Dobree Adv. I, 109 et quae scripsi ad calcem p. 57.

Cap. 27 § 3. *καὶ τὴν πόλιν* (*ἂν* ins. cum Dobreo) *οὐ μόνον τῷ αἰσχρῷ ἀλλὰ καὶ τῷ μεγίστῳ κινδύνῳ περιπίπτειν, ᾗ μόλις ἐπὶ ταῖς γιγενημέναις ξυμφοραῖς ἐνδέχεσθαι μετὰ βεβαίου παρασκευῆς καθ' ἑκουσίαν, ἢ πάνυ γε ἀνάγκῃ, προτέρᾳ ποι ἐπιχειρεῖν, ποῦ δή* (plures codd. *σπουδή*, unus *ποῦ δεῖ*) *μὴ*

βιαζομένη γε πρὸς αὐθαιρετοὺς κινδύνους ἰέναι; Deleto cum Dobreo *καθ' ἑκουσίαν* et mutato *ἤ* in *καί*, actum erit de sententia. Ita enim in apodosi auctor necessario adscripsisset *ἄνευ ἱκανῆς παρασκευῆς*. Nempe in protasi duo ponuntur: 1°. Atheniensibus cum firmo apparatu vix licere sponte sua prioribus adoriri hostem, 2°. cum infirmo apparatu (*ἤ* = *εἰ δὲ μή*) id non licere, nisi summa urgeret necessitas. Iam vero in apodosi posterius tantum, quod solum hic usu veniebat, considerans; *quanto minus*, ait, *reipublicae sic comparatae nulla cogente necessitate pericula ultro suscipere licet?* Verum ut haec satis Graece scribantur, neque *σπουδῇ* neque *ποῦ δεῖ* ferri potest: utroque longe praestat *ποῦ δή*. Quamquam fortasse noster, una litera addita, scripsit *ἦ που δη*. Cf. I 142 § 4 et VI 37 § 3.

Cap. 34 extr. *ἐντεῦθεν ἐς τὴν Λέσβον καθορμισάμενοι.* Lege *μεθορμισάμενοι*. Cf. VI 88 § 6.

Cap. 62 extr. *καθίστατο φρούριον* [*καὶ φυλακὴν*] *τοῦ παντὸς Ἑλλησπόντου.*? Cf. tamen Xen. Cyr. I 4 § 16.

Cap. 87 § 4. Aliorum coniecturis (quas vide apud Krügerum) adiutus scribendum suspicor: *ἐπεὶ εἴγε ἐβουλήθη, διαπολεμῆσαι ἂν* [*ἐπιφανὲς*] *δήπου οὐκ ἐνδοιαστῶς.*

Cap. 89 § 2. *καὶ ξυνίσταντο τε ἤδη καὶ τὰ πράγματα διεμέμφοντο, ἔχοντες ἡγέμονας τῶν πάνυ στρατηγῶν τῶν ἐν τῇ ὀλιγαρχίᾳ καὶ ἐν ἀρχαῖς ὄντων, οἷον Θηραμένη τε τὸν Ἀγνωνος καὶ Ἀριστοκράτη τὸν Σελλίου καὶ ἄλλους, οἳ μετέσχον μὲν ἐν τοῖς πρῶτοι τῶν πραγμάτων, φοβούμενοι δ', ὡς ἔφασαν, τό τ' ἐν τῇ Σάμῳ στράτευμα καὶ τὸν Ἀλκιβιάδην σπουδῇ πάνυ, τούς τ' ἐς τὴν Λακεδαίμονα πρεσβευομένους, μη τι ἄνευ τῶν πλειόνων κακὸν δρασωσι τὴν πολιν, ου τὸ ἀπαλλάξειν τοῦ ἄγαν ἐς ὀλίγους ἐλθεῖν, ἀλλὰ τοὺς πεντακισχιλίους ἔργῳ καὶ μὴ ονόματι χρῆναι ἀποδεικνύναι καὶ τὴν πολιτείαν ἰσαιτέραν καθιστάναι.* De hoc loco vide praeter Popponem et Krügerum imprimis Dobreum Adv. I p. 105; qui bene intellexit ad *φοβούμενοι* non mente esse repetendum *μετέσχον*. Ego nil amplius requirerem, si legeretur: *φοβού-*

μενοι δὲ τό τ' ἐν τῇ Σάμῳ στράτευμα καὶ τὸν Ἀλκιβιάδην σπουδῇ πάνυ, τούς τ' ἐς τὴν Λακεδαίμονα πρεσβευομένους μή τι ἄνευ τῶν πλειόνων κακὸν δράσωσι τὴν πόλιν, (διὰ τ)οῦτο (ἔφασαν) ἀπαλλαξείειν τοῦ ἄγαν ἐς ὀλίγους ἐλθεῖν, ἀλλὰ κτέ. Interim vide an sufficiat: *φοβούμενοι δ', ὡς ἔφασαν — τὴν πολιν, οὕτω* (sic unus cod. in mg.) *ἀπαλλαξείειν κτέ.* Vocem *οὕτω* haud raro post Participia inferri notum est. Cf. Passov. i. v. p. 600 b, 601 a. Ad anacoluthum *ὡς ἔφασαν — ἀπαλλαξείειν* cf. Matthiaei Gr. § 539, 2.

Cap. 90 extr.: *διῳκοδόμησαν δὲ καὶ στοάν, ἥπερ ἦν μεγίστη καὶ* [*ἐγγύτατα* glossema est ad *εὐθύς*] *τούτου εὐθὺς ἐχομένη* [*ἐν τῷ Πειραιεῖ*. His lubens carerem] *καὶ ἦρχον αὐτοὶ αὐτῆς, ἐς ἣν καὶ τὸν σῖτον ἠνάγκαζον πάντας τὸν ὑπάρχοντά τε..... καὶ τὸν ἐσπλέοντα ἐξαιρεῖσθαι καὶ ἐντεῦθεν προαιρσῦντας πωλεῖν.* Verbum *ἐξαιρεῖσθαι* (eximere navibus) iungi nequit cum vocabulis *τὸν ὑπάρχοντα σῖτον*, Quare suppleverim: *τὸν ὑπάρχοντά τε ἀποτιθέναι κτέ.*

Cap. 93 extr., 94 in. *ξυνεχώρησάν τε ὥστ' ἐς ἡμέραν ῥητὴν ἐκκλησίαν ποιῆσαι ἐν τῷ Διονυσίῳ περὶ ὁμονοίας. ἐπειδὴ δὲ ἐπῆλθεν ἡ ἐν Διονύσου ἐκκλησία κτέ.* Malim: *ποιῆσαι ἐν Διονύσου περὶ ὁμονοίας. ἐπειδὴ δ' ἐπῆλθεν ἡ ἐκκλησία*, deleto interpretamento *ἐν τῷ Διονυσίῳ.*

Cap. 97 § 1. *καὶ μισθον μηδένα φέρειν μηδεμιᾷ ἀρχῇ: εἰ δὲ μη, ἐπαρατον ἐποιησαντο.* Recte Poppo *μηδεμιᾶς ἀρχῆς*, nisi quod forsitan lenius possis *μηδεμίαν ἀρχην.*

P. 116 ad 25. Hanc rationem recte secutus est Classen.

P. 118, 15. Lege *Πολυνείκης.*

P. 123 ad 102. Thucydidi reddam *Ἀπολλωνα.*

P. 125 ad 111. Spiritum asperum invicto nuper argumento impugnavit la Roche ad Odyss. *α* 27 sic scribens: „Caret omni ratione haec scriptura, nam in dictionibus Graecis duo deinceps syllabae incipere non solent ab aspiratis cett." Quare doctus meliora non sequar exemplum eorum, qui *ἄθροος* scribunt et *ἀθροίζω.*

Cap. 23 § 4 *ταύτας τε γὰρ ἔτρεψαν καὶ ὑφ' ὧν τὸ πρῶ-*

τον ἐνικῶντο. Cobet ad Hyperidem p. 54 post *καί* inseri iussit articulum *τάς*, quod in quovis alio scriptore et ego requirerem. In Thucydide hanc articuli omissionem ferendam esse docent loci: III 13 § 5, IV 74 § 3, IV 121 § 1 init. P. 666 ad VIII 92. Vide tamen Plat. Gorg. p. 469 D.

ANALECTA SCENICA.

EURIPIDIS *Hippol* 1307: *ὁ δ' ὥσπερ ὢν δίκαιος οὐκ ἐφέσπετο λόγοισιν κτέ.* Iunctum cum participio *ὥσπερ* non potest usurpari pro *ὡς* vel *ἅτε*. Nec tamen e dett. scripserim *οὖν δίκαιον;* sed verum arbitror: *ὥσπερ ἦν δίκαιος* (*μὴ ἐπισπέσθαι*) = *ὥσπερ ἦν δίκαιον αὐτὸν ποιεῖν*, noto Graecismo, cuius exemplum est vs. 1081. — *Med.* 850 pro *μετ' ἄλλων* corrigendum esse *μεθ' ἁγνῶν* iam alibi monui. Iam cf. Elect. 1195. — *Hecub.* 85 *ἁλίαστος φρίσσει ταρβεῖ.* Malim: *ἁλιάστῳ — ταρβεῖ.* Ib. 186 *ὦ τέκνον τέκνον μελέας ματρός.* Leniter sane laboranti metro subvenitur deleta interiectione: dubito tamen, an satis recte. Etenim ob vss. 188 sqq. *τέκνον* potius *ἐλέου κινητικόν* aliquod epitheton postulare sibi videtur. Quare *ὦ τέκνον* lacunae supplementum esse suspicatus conieci: *τέκνον μέλεον μελέας μητρός.* Cf. 206. — Vss. 501—510 locus turpiter interpolatus; qui sanus non erit, priusquam mecum proscripseris vss. 504, 507, 509 et 510. Nam vs. 504 offenditur Graecitas, dum vss. 509 et 510 stolide repetuntur dicta prius; deinde vs. 507 additus videtur ad restituendam laesam interpolatione stichomythiam. Mire autem Talthybios audit *γέρων*. — Ib. 1159 *διὰ χερός* (al. *χερῶν* et *χεροῖν*) glossema esse vidit Weil. Aptum fuerit *διαδοχαῖς — πυκναῖς*. — *Orest.* 117. *'Ελένη σ' ἀδελφὴ ταῖσδε δωρεῖται χοαῖς, φόβῳ προσελθεῖν μνῆμα σον κτέ.* Vss. manifesto depravati. Suspicor: *τῇδε — χερί*, i. e. *mea manu*, ut *ταῖσδε χοαῖς* sit glossema petitum e vs. 112. Deinde scribam: *ταρβοῦσά γε* pro *τε*. — Ib. 128 lege: *εἴδετε γὰρ* (pro *παρ'*)

ἄκρας κτέ. — Ib. 415 θάνατον natum videtur e θανόντα, quod glossema locum cedat vocabulo genuino. Scripserim: μὴ φθίμενον εἴπῃς (sc. Agamemnona), τοῦτο μὲν γὰρ οὐ σοφόν. Ib. 571 pro ΕΠΑΥΣΑ τὸν νόμον malim ΕΛΥΣΑ. — Ib. 622 verba δράσω τε πρός, ut ineptum veteris lacunae supplementum, deleverim. Sententia pro iis postulat τὸ δεύτερον, i. e. *iterum*. Nam vss. 625, 626 iterum compellatur a Tyndareo Menelaus üsdem verbis, quibus antea vss. 536, 537. — Ib. vss. 730, 731 spurios esse demonstrant 755 sqq., unde apparet Pyladem nihildum inaudivisse de coetu Argivorum. — Ib. 904 ἠναγκασμένος depravatum (cf. Dind. ed. Vta Scen. Gr.). Suspicor ἐξηκασμένος, i. e. πλαστός. Cf. Aesch Ag. 244 οὐδὲν ἐξηκασμένα, i. e. *vera*. — Ib. 1392 Δαρδανία τλάμων Γανυμήδεος ἱπποσύνᾳ Διὸς εὐνέτα. Haec non satis expediuntur loco Il. *E* 255, quem affert scholiasta. Suspicor καλλοσύνᾳ, sive potius ἁβροσύνᾳ. — *Electr.* 145 sqq. Fortasse: γόους, οἷς — λείβομαι pro διέπομαι, quod tam metro quam Graecitati infestum est. — Ib. 1155 conieci: διαίμου (pro διαδρόμου) λέχους. Recte enim Weil non poenas dedisse Clytemnestram observat infidelitatis, sed interfecti mariti. Favet huic coniecturae metrum vs. antithetici 1147. In ὑπάγεται sine causa Weilium haesisse arbitror. Verte: *sibi subiicit*. Cf. Thuc. VII 46. — *Iph. i. Aul.* 373 conieci: μηδὲν ἄρα γένους (codd. ἂν χρέους) ἕκατι κτέ. Vulgo e Palei coniectura legitur: μή τι χρημάτων ἕκατι. — Ib. 970 τάχ' εἴσεται σίδηρος· ὃν πρὶν ἐς Φρύγας | ἐλθεῖν, φόνου κηλῖσιν [αἵματι] χρανῶ. Glossema detexit Weil., sed infeliciter cogitat de substituendo ἐν μάχῃ. Oppositum Φρύγας tantum non digito demonstrat poetam dedisse: φόνου κηλῖσιν Ἕλληνος χρανῶ. — Ib. 1178—1208 sive Euripidei sunt, ut ego credo, sive, quae est Dindorfii sententia, ficti ab interpolatore, fieri non potest ut vs. 1178 τοιόνδε μισθὸν καταλιπὼν πρὸς τοὺς δόμους non sit turpiter depravatus. Requirit autem loci nexus huiuscemodi scripturam: ποῖον δὲ μισθὸν τάδ' ἀλιτὼν τίσεις δόμοις; *quales vero poenas*

pro talibus ausis lues familiae tuae? Deinde v. 1206 conieci: εἰ δ' εὖ λέλεκται τἀμά (cum Elmsleio), νεῦε μή κτανεῖν κτέ. pro νῶι μὴ δή γε κτάνῃς. — *Iph. i. Taur.* 35. Huius vs. saepe frustra tentati tandem veram lectionem repperisse videor: ναοῖσι δ' ἐν τοῖσδ' ἱερίαν τίθησί με, | θύειν (pro ὅθεν) νόμοισι, τοῖσιν ἡδεται θεὰ | Ἄρτεμις ἑορτῆς. Ad θεὰ Ἄρτεμις cf. 784, quod moneo ob Weilium, qui pro Ἄρτεμις tanquam glossemati substituit χρώμεσθ'. Ceterum nescio an praeterea scribendum sit νόμοισιν, οἷσιν, quia tragici non nisi cogente metro articulum pro relativo usurpare solent. — Ib. 251 sq. Ἑλένη δ' ἀφῖκται δῶμα Μενέλεω πάλιν; Sic quaerenti Iphigeniae Orestes respondet: Ἥκει, κακῶς γ' ἐλθοῦσα τῶν ἐμῶν τινι. Helenae *fuga* potius quam *reditus* dicenda fuerat Agamemnonis causa malorum. Dudum enim, ut recte observatum, ante Helenae reditum ab uxore necatus est. Quare vide ne poeta dederit: Ἥκει, κακῶς λιποῦσα τῶν ἐμῶν τινι. Ib. 829. In suspecto criticis τηλύγετον fortasse latet dochmius: τηλόθεν ἰγμένον.

ARISTOPHANIS Eq. 89 κρουνοχυτρολήραιος. Quaenam sint *ollae* in hoc vocabulo partes haud intelligo. Una deleta litera lege: κρουνοχυτολήραιος. — *Nub.* 1112. Socrati dicenti ἀμέλει κομιεῖ τοῦτον (Phidippidem) σοφιστὴν δεξιόν Strepsiades respondet: ὠχρὸν μὲν οὖν ἔγωγε καὶ κακοδαίμονα, quale quid tunc quidem *Strepsiades*, elatus gaudio ob receptum in Socratis disciplinam filium, respondere non potuit. Cf. v. c. 1170 sqq. *Phidippidae* igitur, converso ad patrem, tribuerim leniter sic refictum: ὠχρὸν μὲν οὖν ἐμὲ σύγε καὶ κακοδαίμονα. Cf. 119 sq. — Ib. 1138. Cum ironia legatur: ἐδιδαξάμην μέντοι σε νὴ Δι', ὦ μέλ', εὖ (pro μέλε) τοῖσιν δικαίοις ἀντιλέγειν, εἰ κτέ. — Ib. 1390 αὐτοῦ 'ποίησα κακκᾶν. Requiro κάκκην. Erroris origo repetendus e vs. 1384. — Vesp. 1283 γλωττοποιεῖν suspectum. Ferrem γλωττολοιχεῖν, sed probabilius est Etymologum M. p. 235, 42 ex hoc loco petivisse glossam γλωττοδεψεῖν] αἰσχρουργεῖν. Facilis certe suspicio est γλωττο-

ποιεῖν natum esse ex hac lectione: γλωττοδεψεῖν (αἰσχροποιεῖν). Ad hoc corruptelae genus cf. quae disputavi p. 26 sq. et p. 71. Ib. 1318 κωμῳδολοιχῶν. An κωθωνολοιχῶν? Ib. 1365. Suspicor: ποῖ θεῖς; (pro ποθεῖς) ἐρᾶν γ' (pro τ') ἔοικας κτέ. Non obstat huic emendationi, imo favet, vs. 1361. — *Pac.* 67: ἔφασκε γὰρ πρὸς αὐτὸν ἐνθαδί. Imo τοιαδί. Suspicor syllabam τοι terminatione pronominis haustam et deinde male suppletum esse ἐνθ. — Ib. 341 πλεῖν μένειν. Nondum me poenitet coniecturae, quam olim proposui πλημμελεῖν. Cf. Moeris Att. p. 294 πλημμελεῖν Ἀττικῶς. ἐξυβρίζειν Ἑλληνικῶς ibique Pierson. — Ib. 365 κληρῳ ποιήσεις quid sit non prorsus intelligo. An κλῆρον (i. e. κλήρωσιν) ποιήσεις, i. e. *sortitionem institues*, ut dicitur ποιεῖν κρίσιν, σύλλογον, ἐκκλησίαν sim.? Ib. 734 sq. Male h. l. intellexit Bernhardy *Grundniss der Gr. Litt.* I p. 98, non animadvertens quid intersit inter χρή et χρῆν, unde apparet *non* magis Athenis quam alibi vapulasse poetas iactabundos. — *Lysistr.* 1254. Pro corrupto ξυνεκμαχοῦντες Meineke proposuit ξυνεκμοχλοῦντες, non reputans Graecum esse — μοχλεύειν. Scribendum videtur ξυνεκβαλόντες. Facile confundi a scribis literas υ (β) et μ, λ et χ notum est. — *Thesmophor.* 569 l. πρόσιθι pro προσθές, quae mea coniectura est, non Cobeti, cui per errorem tribuit Dindorf. Vide Mnem. II p. 211. Pauperis est numerare pecus! *Eccl.* 397 lege: χαλεπαί γ' ἂν ἴστε (pro ἦστε) γενόμεναι πορθμῆς. Plut. 521 παρὰ πλείστων ἀνδραποδιστῶν. Hemsterhuis cl. Schol. παρ' ἀπίστων. Etiam lenius reponam: παρ' ἀπλήστων, i. e. *cupidis et avaris*. Memorandum tamen, quod nuper placuit Kapeynio: παρὰ λῃστῶν κἀνδραποδιστῶν. Cf. Schol. Iam olim varias lectiones exstitisse palam est. Ib. 1061 πλυνόν με ποιῶν ἐν τοσούτοις ἀνδράσιν. Ab exsilio revocandum πλύνων pro ποιῶν. Cf. Phryn. B. An. p. 58 i. v. πλύνον πλύνεσθαι.

This book is due two weeks from the last date stamped below, and if not returned at or before that time a fine of five cents a day will be incurred.

MAR 2 9 1935

COLUMBIA UNIVERSITY
0032018630

88T43 E74 H

MAR 14 1935

JOSEF KOLB
BUCHBINDEREI
FREIBURG i.B.